

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad
Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Dominica Infra Octavam Nativitatis. Ecce positus est hic in ruinam & in
Resurrectionem multorum in Israel.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

SI fortè, in triduum sequens, inciderit Dominica quæ est infra octavam Nativitatis Domini, vide infra, die nonâ Ianuarii : Et in die Purificationis B. Virginis, ad verba Simeonis, Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Aut etiam formati potest.

AD HÆC EIVSDEM VERBA:

Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. Luc. 2.

VERITAS PRACTICA.

Vel novus homo Christus, veteris nostri hominis est ruina : vel vetus noster homo ruina est novi nascientis hominis ; Alterutus alterius est ruina.

RATIO EST, Quia quando duo simul juncti sibi contradicunt, alterutus alterius est ruina.

Sed novus & vetus homo, simul juncti sibi contradicunt.

Ergo alterutus alterius est ruina.

PRIMA propositio jam aperte patet ex iis quæ dicta sunt in die Natalis Domini.

SECUNDA sic facile persuadetur :

Nam vivere secundum carnem, sive secundum naturales sensitivi appetitus inclinationes : & non ita vivere, sunt omnino contradictoria ; Nihil est autem vetus & novus homo, quam vita secundum, & non secundum carnem, ut expresse habet Apostolus, locis hic notatis, ac proinde sibi omnino contradicunt.

*Gal. 5.
Eph. 4.
Coloss. 3.*

UNDE tandem manifesta hæc appetat veritas, *Quod alter alterius est ruina.* Et sic dicitur Apostolus: *Destruatur, inquit, corpus peccati,* id est, moles illa peccatorum quæ à vetere procedit homine ; neque est opus longiorum discursum ad veritatis probationem, sed ad praxis effectum, hinc etiam atque etiam promovenda est voluntas. Nam sicut alterutus necessarium debet in nobis vivere, prout nobis placuerit, ita planè videndum est cuiusnam ruina

Rom. 6.

nobis magis placeat. Velles si posses utrumque concordare & servare, sed non potes ; aut alterum necessarium retineas, & alterum pellas. Times fortè ruinam veteris hominis, times privationem voluptatis, ambitionis, libertatis, & ceteræ concupiscentiæ, times destructionem illius corporis peccati, quam sequi necesse est, novo te in nobis ædificante homine.

At vide quenam sit major ruina, si ne pereat vetus homo, novum perdis : sic enim perdis Christum, perdis cœlum, perdis pacem, perdis te ipsum, quâ tu partē tibi esse debes carior. Confer utramque simul ruinam & jaetoram. Ruina veteris hominis est ruina vanæ gloriae, ruina novi hominis est ruina divinæ gloriae. Ruina veteris est destrucción cogitationum carnis ; at ruina novi est destrucción cogitationum & consiliorum Dei. Ruina veteris est restitutio risus inanis, & moderatio lætitiae sensibilis : ruina novi est privatio solidæ & divinæ consolationis. Ruina veteris est, humana contemptus gratia ; ruina novi est divinæ gratia & celestiumque simul omnium iactura bonorum & beatitudinum. Sic perge in aliis utriusque hominis annethis bonis & malis : & supposita necessitate alterutrum eligendi, vide ex duobus bonis quodnam melius. Vide ex duobus malis quodnam deterius. *Quae societas luci ad tenebras? quae consensio Christi ad Belial?* Non tibi vita tollitur, non gloria, non lætitia, sed in melius mutatur. Non est perdere, minus pro majori dare. *Ropinam bonorum Hebr. 10. vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere melioram & manentem substantiam.*

TRI-



TRIDVO sequenti, agitur de Pastoribus ad præsepe Domini, primò quidem proficiscentibus; tūm ibi subsistentibus; atque inde regredientibus.

DIE XXIX. DECEMBERIS. DE PASTORVM PROFECTIONE AD PRAESEPE DOMINI.

*Transamus usque Bethleem, & videamus hoc verbum
quod factum est nobis: & venerunt festinan-
tes. Luc. 2.*

VERITAS PRACTICA.

Sicut discursus nostri Intellectus statim sequi debet affectus voluntatis; Ita & affectum, effectus, seu exequitio.

RATIO EST. Quia idcirco statim affectus sequi debet intellectum discurrentem, ne discursus evanescat, sine illo voluntatis affectus.

Sed nisi effectus atque exequitio statim sequatur affectum, affectus non minus exarescet se ne effectu, quam sine affectu discursus.

Ergo perinde sequi debet affectum effectus, atque affectus intellectum; Quod tamen rarum est, & diligenter advertendum.

I. PUNCTUM.

Luc. 2.

Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodiens vigilias noctis, super gregem suum. Et ecce Angelus Domini sicut justi illos, & claritas Dei circumfusit illos & timuerunt timore magno; Et dixit illis Angelus, Nolite timere, Ecce enim euangelizatio vobis gaudium magnum, quod eris omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in certitate David.

Vide quæ plura habentur in textu, & mirare quod ad pastores potius quam ad alios prioris nota homines, dirigantur a Deo Angeli. Expende singulas Angeli voces, atque has præcipue. Et hoc vobis signum: Invenietis Infantem,

pannis involutum, & positem in praesepio. O qualem Christi nati notam! quale insigne Regis Angelorum & hominum, PANNA & PRAESEPE! Adverte, ut in divinis Laudibus quas decantant Angeli, datur Deo gloria, & pax hominibus, unde tu si tibi assumis gloriam quæ Dei est, pacem tibi Deus auferet, & erit gloria tua in confusione. Denique observa diligenter quæcirò pastores affecti fuerunt ad videndum Infantem, de quo audierant Angelos, & quam cirò affectum effectus sequutus fuerit. Sic enim ut Angeli discesserunt, pastores loquebantur ad invicem, Transamus usque Bethleem, & videamus quod factum est; & venerunt festinantes.

Sic plane in Meditationibus intellectum discurrentem statim affectus sequi debet; & affectum effectus. Tora vis Veritatis est in particula statim. Nemini enim dubium est quin aliquando effectus sequi debet, sed an statim, aut æquæcirò atq; affectus discursum sequitur, hoc porro est quod pauci norunt, & tamen eadem propositus est Ratio pro affectu & effectu.

Quid est enim quod tan opere commendatur in meditando, ut affectus statim excitet post discursum? Nempe ne discursus evanescat, quo evanescente nullus sit voluntatis motus & affectus, ac proinde nullus orationis fructus. Nā cū Voluntas nō moveatur circa bonū suū, nisi prout est cogitum & manifestatum ab intellectu: certe quamdiu ista præsens vigebit cognitio & manifestatio, magis affectiva erit

M

yo-



Cant. 3. voluntas, quam si non esset præsens. Sicut quando è silice scintilla excutitur, debet esse paratus somes qui scintillam excipiat, ne aliquin pereat: ita in meditatione ex affectis ignis prout voluntas cum Gratia se opportuè subiicit infuso Lumini. In veri quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam; Hoc est afficere, hoc est illustrari & ardere. In quo certè deficiunt hì de quibus dicitur, Quia cùm cognovissem, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias eggerunt, sed evanescerunt in cogitationibus suis. Obscuratum est insipiens cor eorum. Nonne tu exhibis es?

Rom. 1.**Ecclej. 8.****Prov. 19.****a. Reg. 19****Cap. 4.****4.36.**

II. PUNCTUM. Sed nisi effectus aut exequatio statim sequatur affectum, affectus non minus exarcessit sine effectu, quam sine affectu discursus.

Sunt quidem tempus & opportunitas omni negotio, ut ait Sapiens, nequè semper ita paratum est & opportunum tempus ut quamprimum afficiatur ad aliquid efficiendum, effectus effectum sequi possit: Tunc certè differendum, & sat citò si bene, Nam ut est in sacris proverbiis, Vbi non est scientia anime, non est bonus: & qui festinus est pedibus offendet. Verum non est tam frequens hæc precipitatio, neque tam damnosa, quam traditas: Vix defunt occasiones rei bene gerendæ, prout in meditatione quotidiana statuitur: quia dum res gerenda statuitur, circumstantiae loci & temporis prævidentur, quæ tamen quando occurrit, differtur sàpè effectus, & vix unquam postea revocatur; quandoquidem concepitus in meditatione effectus interim dum effectus differtur, clanguit; neque ita valet ad effectum dilatum exequendum, sicut dum calebat effectus. Venerunt filii usque ad partum, & vires non habet parturiens.

Hoc valde expendendum, sicut facile evaneat discursus, ita & effectus: citò arcessit lachryma, omnis humana voluntas ambulatoria est. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstans concupiscentia transvertit sensum sinistralitatem, Id est, etiam si non aduertas nec cogite. Atque inde sit quod dictum est, ut nisi illo ipso calente motu & durante effectu voluntatis, statim effectus & exequatio, dum imperari potest, impetratur, vix unquam fieri, quia mutabitur, aut refrigerescet effectus; Et eris sicut hodie, sic & cras, & multò amplius, ut ait Prophetæ; Id est eadem semper peccabis, non converteris, non emendaberis, non proficies,

licet ad profectum officiaris, quia nimis longe disiungis effectum ab affectu.

Hoc est quod Christus Dominus exprobavit Iudeus, qui cum satis bene affecti essent ad prædicationem S. Joannis, quia tamen non statim executo sequuta est illum affectum, nihil illis profuit vel audivisse Joannem, vel in eo audiendo commotos esse. Ille erat lucerna ardens & lucens, vos autem voluisti ad horam exultare in luce eius; Quasi diceret, in hoc effectu, quod vobis satis esse putatis recte in illum affectu: oportebat enim ultra progredi, & statim ad effectum profilire. Quid & alibi explicat clarius dicens; Publicani iustificaverunt Deum baptizati baptismō Ioannis: Pharisei autem & Legisperiti consilium Dei speraverunt in semetipsos non baptizati ab eo. O quale est illud; Consilium Dei spernere, dum affectum inefficacem reddimus!

III. PUNCTUM.

Sicut ergo discursus intellectus meditantis Veritatis propositas statim sequi debet affectus voluntatis, ita & affectum effectus: Quia ut aperte est demonstratum, par utroque est ratio, nequè minus timendum est quod effectus ab affectu disiunctus, nullus sit, quam nullus esset affectus, si effectus a discursu disjungetur. Propterea, inquit Apostolus, abundantius Hebr. 2. oportet observare nos ea que audivimus, ne forte pereffluamus. Non modo efflunt & percunt discursus & effectus, nisi effectus sequatur, sed nos ipsi, quod mitum est, per efflumus. Id est, toti consumimur & perimus, quia sine effectu nihil sumus; Unde & Prophetæ, Ponite corda Agg. 1. vestra super vias vestras; seminasti multum, & intulisti parum: comedistis & non es saturatus. Et quia mercedes congregari, misericordia in factum pertusum. Nonne si se petire diceret, sic preceunre mercede sua?

In mente ergo habe, inquit Dominus, qualiter acceperis, & audieris, & serva, & paenitentiam age, de neglectis scilicet occasionibus, & toties dilatis effectibus. Putate quare moratur filius meus, aut quare detentus est ibi? Sic Tobias Pater de Filio; sic de te Deus, dum nimis tardas. Esto velocior, & funem magis prefcindre quam solue.

Vide supra Feriam 3. infra Hedonadam primam Adventus. Et Verbo Effectus.

DIX

DIE XXX. DECEMBRIS.
DE INGRESSV PASTORVM
IN LOCVM, VBI NATVS EST DOMINVS

*Invenerunt Mariam, & Ioseph, & Infantem positum
im præsepio. Videntes autem cognoverunt de ver-
bo quod dictum erat illis, de pueru
hoc. Luc. 2.*

VERITAS PRACTICA.

Cum simplicibus sermocinatio eius, seu familiaris communicatio. Prov. 3.

RATIO EST. Quia his se potissimum communi-
cat Christus, qui se illi totos subjiciunt.
Sed simplices sic se, inter alios, Christo subjici-
unt.
Ergo & His maximè se Christus communicat.
Quod certè est ad Simplicitatis commendationem, ac virtutis oppositi detestationem illu-
strissimum, & maximè necessarium.

I. PUNCTUM.

S Itibi mirum fuit Pastores præ multis a-
liis vocatos & missos ab Angelis ad vi-
sendum Dominum? magis adhuc mi-
randum apparer, quod illi locum ingres-
si ubi reclinatus erat Infans in præsepio, statim
agnoverunt illum esse Salvatorem & Chri-
stum Dominum, quern Judæi expectabant, &
qualiter Angeli nunciaverant. Quam multa
dubiam hanc illis fidem poterant facere! Quis
facile crederet talem Regem nasci ex tam pau-
perie matre, ut non haberet ubi eum reclinaret,
nisi in præsepio? Quis nisi bene persuasus puta-
ret eum Salvatorem aliorum qui necessaria vi-
tae vix habebet? Quod si Angeli suum illum Re-
gem agnoscunt, cur ei non ministrant? Cur non
transferunt in nobiliorem & commodiorem
locum? Cur non conyocant universum mun-

dum ad eum adorandum? Cur non saltem Ju-
dæos omnes, aut certè cur non præcipios? Cur
potius pastores, viros simplices à quibus colli-
non est ita magnificentum & regium, sicut à viris
principibus;

Hæc & similia poterant sibi pastores obji-
cere, atque à credendo retardari; sed nihil horum
occurrit: statim ut vident oculis corpo-
ris puerum, vident oculis mentis Salvatorem
& Christum: Nihil contra discurrunt animo,
nihil raciocinantur adversum, nihil opponunt
contrarium. Ita se illis intimè & plenè com-
municat Verbum illud infans, ut intus loqua-
tur, intus sermocinetur, intus dicat quod olim
per Prophetam Ego ipse qui loquebar, ecce ad-
sum. Erant illi scilicet simplices animo & docie IJ. 52.
Pro. 3.

biles Dei, quos Christus maximè diligit, qui-
buscum sermocinatio eius, & familiaris com-
municatio.
Admirare, & adora hanc divinam Sapien-
tiam & Bonitatem: Tum ut videoas manifeste
quā sit universem certa Veritas, quæ ex Pro-
verbii proponitur modo consideranda, ex-
pende primam illam Rationis allatae partem,
quā dicitur Christum se his maximè com-
municare qui se illi totos subjiciunt, id est, intel-
lectu, & voluntate. Nam cùm ex iis quæ com-
municat, multa sint quæ superent humanum
intellectum, & quibus etiam naturalis volun-
tas repugnat: certè nisi quis subijiciat illi hanc
duplicem animifacultatem, non est aptus tan-
tæ communicationi, nec verò dignus tantæ
familiaritati. Vade post me satana, scanda-
lum M. 2. Math. 16.



*lum es mihi, quia non sapis ea qua, Dei sunt, sed
ea qua hominum. Haec si dicta sunt illi viro qui
Christo contradicebat: in re tam nova & propè
incredibili, quas erat eius futura passio: quid
dicetur illi qui repugnaret Domino in aliis que
à communī sensu minus distarent. O homo tu
quis es, qui respondens Deo. VAE qui contradic-
cis factori suo, testa de famis terra; nunquid dicas:
hutum figulo suo, quid facias?*

Rom. 9.
Is 45.

le tibi cesserit, quoties à Christo discesseris.

III. P U N C T U M.

PAtet ergo quām verē dictū sit à Sapiente:
*Abominatio Domini est omnis illusor, & cum Pro 3.
simplicibus sermocinatio eius: Id est, communica-
tio familiaris de divinis mysteriis, aut qui-
busenīque rebus spectantibus ad salutem &
perfectionem; Deo enim sermocinari est, inquit
S. Gregorius, per illustrationem sua præsentis,
humanis mentibus arcana revolare; Cum sim-
plicibus igitur sermocinari dicitur, quia de su-
perne mysteriis illorum mentes radio sue insi-
tutionis illuminas, quos nulla umbra aut lucidus
obscurat. Et sanctus Hieronymus, *Sermocinatio In Prov.
admodum 12.* inquit, Domini, cum simplicibus est, quia illos
caelstis sapientia secretis illustrat, quos terrani
fastus ac duplicitatis nihil habere considerat.
Hinc etenim dicit, abecondisti hæc à sapientib[us], *Matth. 1.*
& revelasti ea parvulis.*

Denique quid apertius ad rem nostram quā
quod ipsa proclamat Sapientia: Sentite de Do-
mino in bonitate, & in simplicitate cordis qua-
rite illum, quoniam inventur ab his qui non ten-
tant illum: apparet autem eis qui fidem habent
in illum: perverse enim cogitationes sevant à
Deo, probata rastrem virtus corripit insipientes,
quoniam in male volam animam non introibit
sapientia, nec habitabit in corpore subditu pecca-
tis. Spiritus enim sanctus discipline effugiet si-
hem.

Hinc te agnolę, vix unquam fareberis te
fictum & simulatum: sed nomine agnoscis te a-
liquando & sapius in oratione delectum à Deo,
& in mediis veritatis tenebris, ubi alij clara luce
fruuntur? Unde hoc putas? Audi iterum Sapi-
entem: *Quoniam accessisti maligne ad Domi-
num, & cor tuum plenum est dolo & fallacia,* *Ecclesi 1.*
Eingis te scape velle quod non vis, nec velle
quod vis. Atque illud ipsum si posses, ipsi Ne
affingeres. *Oplene omni dolo & fallacia, si vidi-
aboli, inimice omnis lusitio, non definis perverte-
re vias Domini reglas.* *Et nunc ecce manus Do-
mini super te, & eris cæcitus, non videntis solem us-
que ad tempus.* *Hæc ad dolosum Apostolus.*
*Deprime magis ac magis cor tuum, ne
se nimis effera, ne libi nimis
credas.* *Ecclesi. 2.*

Vide Verbo, *Simplicitas Prudentia.*

DIE:



DIE XXXI. DECEMBRIS.

DE REDITV PASTORVM, ET RELATIONE EORVM QVAE AVDIERVNT, ET VIDERUNT.

*Et reversi sunt Pastores glorificantes, & laudantes
Deum, in omnibus qua audierant & viderant,
sicut dictum est ad illos. LUC. 2..*

VERITAS PRACTICA.

Né quid nimis, aut quid minus, cum proximo.

S E N S U S ē R A T I O est, quod ubi aequaliter apparet periculum incidendi in excessum vel defectum, adhibenda est maxime cura, ut moderatio teneatur, ne quid nimis aut minus fiat. Sed in communicatione cum proximo, tale apparet periculum. Ergo ibi maxime adhibenda est cura, ne quid nimis, aut minus cum illo fiat, quam debet fieri;

L. P. U. N C T U M.

Occurrunt hie duo consideranda, que nonnullam videtur habere oppositionem, unde tamen perutile documentum elicitor. Primum est, quod Pastores à præsepio Domini revertentes, non collabant omnibus obuiis prædicare, & mirie efferte laudibus, que audierant ab Angelis & viderant in Puer nato. Alterum vero hunc affabile est quod Maria & Joseph mirum servarent silentium, neque ulti quinque de hoc Mysterio verba fecerent. De Josepho quidem nihil proficius habeat Evangelista de Maria autem hoc unum, Quod conservat omnia verba hac conserens in corde suo, id est sibi soli intenta, conferebat simul quæ ab Angelis & à Pastori bus dicebantur, ut inde vel ad laudandum Deum, vel ad prolectum eliciendum exicitur.

Quid porrò est, cur Ipsa non etiam sicut Pastores de his loqueretur, & quæ tam misericordia noverat de Filio suo, non comunicaret aliis? Aut quomodo Pastores, virti rudes & ignari hoc sibi assumebant? Videlicet ut hinc dilecas, & loquendum, & silendum. Disce à Pastori bus, opportunè loqui de Divinis & spiritualibus; Disce à Maria Matre, de iis etiam suo silentio loco, & tempore. Vix aliud est, ubi à Viris etiam spiritualibus peccetur frequentius & gravius, quam in horum aliquo extremon, sive per excessum sive per defectum. Vel enim nimis se suaque communicant, vel non satis. Et dum si pè unum evitare volunt extremon, in aliud incidunt. Quamobrem hic maxime servanda est moderatio: *Né quid nimis, aut quid minus.* Atquè ut practica reddatur Veritas, non adhibenda præcipue cautio, & attente consideranda Ratio quæ id suadet.

Quando scilicet aequaliter apparet periculum, & par utrinque occasio imminet, incidendum aliquid extremum, id est, in excessum vel defectum, circa quodvis obiectum: tom vel maximum attendendum, invigilandum, & uno verbo, sic est cavendum, sicut in periculo & occasione peccati: Nam revera omne extre monum, quodcunque sit, sive excedens, sive deficiens, vitiosum est: & sicut virtus non consistit nisi in medio quod est inter utrumque extre monum, ita nisi servetur hoc medium, planum vitium est & peccatum. Hinc illa S. Gregorij Nazianzeni præclara sententia: *Virtus in extremo excessus est, defectus per quod labefactans,*

M. 3. non.



In Isaias.

*non sedis ac regulam additio aliqua, vel sub-
stratio. Sanctus item Hieronymus apertissime:
In virtutibus nec Hyperbasos nec Ellypses, nec
pius, vel minus, sed omnia temperata: & si à
recta via paululum declinaveris, non interest
uirum ad dextram vadet, an ad sinistram, cum
verum iter amiseris. Propterea toties admis-
nemur in Scripturis; Ne declinemus ad dexte-
ram aut ad sinistram, sed per viam quam pre-
cepit nobis Dominus noster, ambulemus.*

*Deut. 5.
Iosu. 1.
Prov. 4.
Pro. 23.
Eccles. 7.*

*Quo etiam spectant illa Sapientum monita:
Prudentia tua pone modum. Nolies iustus mul-
tum, neque plus sapias quām necessō est, ne forte
obstupescas. Itane tibi caves in omnibus? an
potius temere & inconsulto te permittis cor-
ruptae naturae, quae semper in aliquod propen-
det extrellum?*

*gratia Dei. Ac proinde qui tam pio desit opere,
nonne is suo desit officio? Nonne is per
defectum peccabit, & minus faciet quām oportet?
Aut si forte loquaris, si quæ sentis com-
municas? Nonne supra quām tibi licet, tu tibi
se pè assumes? Nonne plus nimio te efferes?
Nonne per excessum delinques? Videsne par-
utrumque periculum? Tene vero vides in ho-
rum alterutro sic versari, ut vix unum effugias,
qui de volvatis in aliud?*

III. PUNCTUM.

*N*e quid igitur nimis aut minus fiat, agenti
cum proximo, tanta cura & diligentia est
attendendum, quanta est præsens occasio &
quale utrumque periculum, incidenti in alteru-
rum extremerum, nisi diligenter attendatur.
Quod Sapiens apertissime monuit, dum ait,
*Qui conatur multa agere, incidet in iudicium:
cum subdit, Recuperaproximum secundum vir-
tutem tuam, & attende tibi ne incidas. Quasi
diceret, nisi attendas, incidet, quia lubricum &
periculatum est opus.*

Ecccl. 29.

Tota autem attentio cum ex multis pendet
at circumstantiis, tum personæ, tum loci &
temporis, tum etiam modi & finis in agendo:
Vide hie quæ tuæ partes sint, quæ naturalis in-
clinatio aut divinæ impulsus gratia, in alteru-
rum ex his duobus? An te nimis aut minus
quām pars esset, communicas? An forte nimis
cum quibusdam, & minus cum aliis? An forte
nimis cum aridet, & minus quando non ita placet? An forte nimis cum nobilioribus;
& minus cum plebeis? Hæc sunt ubi haec tenus
deliquisti: hæc sunt ubi deinceps ne delinquas,
attentio est excitanda. Vide distinctius, ubi, &
quando, & illud tibi applica. Attende tibi ne
incidas.

*Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam
in lingua mea. Pone Domine custodiam oris meo,
& ostium circumstantia labii meis. In dubio
fatus est minus quam nimis. Cessa prior causa
disciplina, & noli nimius esse, ne forte offendas.*

Psi. 38.

*Vide infra decimo octavo Januarii. Et in 2.
parte, tota Hebdomadâ secundâ post octavam
Paschæ. In tertia vero parte, Hebdomadâ
decimâ, post octavam Pente-
costes.*

*Psi. 149.**Ecccl. 31.*

DIE



DIE I. IANVARI ET ANNI.
IN CIRCUMCISIONE
DOMINI.

DE NOMINE IESV, ET DE PURA
INTENTIONE RENOVANDA.

Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcidetur puer, vocatum est nomen ejus Iesu, quod vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur. Luc. 2.

Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi
Coloss. 3.

VERITAS PRACTICA.

De pretio Nominis JESU, tanto plus circumciditur & nobis deperit, quanto minus perfectè nos circumcidimus.

RATIO EST, Quia de pretio sacri nominis tanto plus deperit, quanto minus applicatur.

Sed tanto minus nobis applicatur, quanto minus perfectè nos circumcidimus.

Ergo hinc etiam de pretio nominis Iesu, tanto plus circumciditur & nobis deperit.

Quodcum sit valde deplorandum, idcirco circumcidendis pravis affectibus, & purificandis omnibus intentioni, vacandum est diligenter, ut omnia nostra in NOMINE DOMINI NOSTRI IESV, fiant.

I. F U N C T U M.



RIA occurunt hodie quæ simul considerata nos eò ducent facilius quò potissimum spectare debemus. Primum est CIRCUMCISIO DOMINI, quam ut cæteri infantes octavo à Nativitate die subire voluit, in exemplum obedientiae & humilitatis. O quale exemplum! Non solum formam hominis ut in Nativitate, sed formam habet peccatoris. Caput pro membris accipit curationem, quæ non est necessaria capiti, nisi ad sanitatem corporis. Serm. 3. Hæc fusè S. Bernardus. in Cir-

Secundum est, IMPPOSITIO NOMIS JESU. Quod unum continent alia Domini,

Dci

I. Cont.

Dei nomina, significatione, dignitate & pretio. Nempe, ut ait idem S. Bernardus. *Ipsum est de quo sponsa in Canticō amoris, oleum, inquis, effigium, Nomen tuum.* Hoc enim in aliis divinis nominibus expromitur & quodammodo effunditur. *Hoc est magnum, excelsum, sanctum & terrible nomen ejus.* Hoc est nomen novum quodos Domini nominavit; *Hoc est nomen super omne nomen, in quo omne genu flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum.* Hoc est nomen & non aliud sub caelo datum hominibus, in quo nos oporteat salvos fieri. *Hec tecum ecclē, cum metu & reverentia, ut ait Apolodus,*

Pf. 110.

I. 62.

Phil. 2.

Act. 4.

Hebr. 12.

Coloff. 3.

Serm. 15.
in Cant.

Tertium denique est, NOVI ANNI RE-CURRENTIS INITIUM quo nos no-si a p[ro]p[ter]e omnia Christo, vel per ipsum Deo, qui est PRINCIP[AL]IUM a quo. Et FINIS ad quem conditum sumus, ostende debeamus, & puram ei seruendi & placandi in omnibus, intentionem renovemus. Atque hoc est potissimum quod spectemus hodie, & ad quod exequendum duo alia referuntur. Nam Circumcisione admonemur, omnia illa amputanda esse, & velut circumcidenda quae huic puræ oblationi & intentioni possent obesse. Per nomen vero IESU subministratur modus & formula tam facilis, atque efficax purificandæ deinceps intentionis, ut quories dicas, sicut moneret Apostolus, IN N O N I-NE D O M I N I, totum dicas quod ad puritatem intentionis sufficiat. Hæc est enim vis & virtus, hoc premium & valor hujus sancti Nominis, ut si operibus nostris præfigatur & infundatur, significationis suæ vim & virtutem impertiat, id est, salutem & sanctitatem conferat. Unde sanctus Bernardus, de hoc salutifero agens Nomen; Semper tibi in sinu sis, semper in manu, quo tui omnes in I E S V M & sensus dirigantur & actus: pone me, inquit, signaculum in corde tuo, si-gnaculum in brachio tuo; habes in nomine Iesu unde actus tuos vel pravos corregas, vel mi-nus perfectos adimpleas. Itemque unde tuos sensus aut serues ne corrumpantur, aut si corrum-pantur, sanes.

Recte hoc postremum de sanandis corrup-tis sensibus & affectibus addit sanctus Ber-nardus, nam nisi sani essent affectus, sancti non essent actus, quantumcumque illis san-ctum I E S U nomen infunderetur: quam-

obrem Circumcisio simul & Nomen jungan-tur necesse est; nec Circumcisio valet sine Nomen, neque Nomen sine illa Circumcisione spirituali, quæ nostri corrigitur affectus. Hoc quidem difficultius, sed tamen ita necel-sarium est, Ut de pretio Nominis I E S V tantè plus circumcidatur. & p[ro]p[ter]e, quanto mi-nus perfecte, pravos illos affectus circumcidemus. Atque idcirco hæc Veritas con-sideranda proponitur, ut graviore proposito ma-lo, quod est in illa iactura Nominis tam pre-tiosi, levior appareat quævis difficultas op-polita, & facilis acceptetur.

Agè ergo expende quid sit, de pretio no-minis I E S V aliud circumcididi & deperte: Nempe non applicari nobis. Quidquid enim Christus Salvator nobis sit meritus, nisi nobis applicetur per media ordinata, nihil prodest ad salutem. Ecce ego Paulus, dico vo-bis, quoniam si circumcidamini Christus vo-bis nihil proderit. Evacuati esis à Christo; à gratia excidisti. Oportebat scilicet veterem legem in novam verti: oportebat lega-lem Circumcisionem in spiritualem mutari: oportebat Judaismum in Christianismum transferri, quod qui nollet facere, nollet Christum sibi applicare, nec proinde sibi pro-desse. Quicunque in Christo baptizati esis, I E S U Christum induisti, ait idem eisdem, id est Christum vobis in Baptismo applicatis, sicut applicatur indumentum. Et quia variæ sunt applicationes meritorum Christi, idcirco idem Apostolus etiam baptizatis dicebat, In-duimini Dominum Iesum Christum, & carni-euram ne feceritis in desideriis. Quasi dice-ter, qui carnis curam faciunt desideriis, non sibi Christum induit, non sibi applicat, quo ille decet modo; unde & cuidam Do-minus, Suadeo tibi emere à me aurum igni-tum, probatum, ut locuples sis, & vesti-mentis albius induaris, & non appareat con-fusio nuditatis tue. Tepido loquitur, id est ti-bi. Tepiditatis autem hæc est nuditas, & hæc confusio nuditatis, ut malis esse nudus, quam Christo induitus & ornatus.

II. PUNCTUM.

SED tanto minus nobis applicatur valor & pretium sacri Nominis Iesu, quanto minus nos perfecte circumcidemus.

Uni-



Universim vera est propositio de omni generi applicationis meritorum Christi, cui tantum obesse potest Cor incircumcisum, quantum opponetur illi merito, seu certae Gratiae quae erat communicanda. Verum hic duntaxat agitur de applicatione S. Nominis ad opera nostra, ut sic per puram intentionem ad Deum dirigatur sensus; propositionis est, quod prout intentus, bene vel male ordinatos affectus habuerimus, quod est esse circuncisum, vel incircuncisum; plus aut minus valebit pronuntiatum Nomen ad formandam nostram intentionem, seu ad dirigendos in Deum actus nostros. Debet enim concordare animus ori nostro, & dum ore profitemur nihil nos velle in opere, nisi quod significatur Nomen Iesu, nihil habere debemus; repugnans huic significationi & valori; aut certe si quid est quod repugnet, impeditur applicatio & valor talis Nominis, atque ore tantum dicis, corde vero contradicis. Imo etsi corde ipsum diceres, & toto affectu pronuncias, te velle in nomine Iesu operari quod agis, si tamen hoc agis propter honorem tuum, propter solam tuam commoditatem, delectationem, & lucrum, nihil agis, nihil dicens; quia repugnat te operari in nomine Iesu, & propter vanitatem, aut voluptatem tuam; unde quantum volueris unum ex his repugnantibus, tantum oportet te nolle aliud. Quantum volueris placere Deo, tantum oportet te nolle placere tibi, vel mundo. Et quia naturaliter tibi & mundo magis placere appetis quam Deo; nisi circumcidas & reprimas hos appetitus, non placebis Deo, sicutque nihil proderit pronuntiatio Nominis Iesu qua pretendis illi velle placere: nam per oppositum affectum illa destruitur & exhaustur; aut certe tanto minus proderit, tantoque minus applicatur ejus valor & pretium, quanto magis de opposito restabit affectu, seu quanto minus perfecte atque integrè te ipsum circumcidet. Quae est enim participatio infelicitatis cum iniquitate? aut qua societas Luciferi ad tentaculum? Quae autem conventionis Christi ad Belial? Responde Apostolo id querenti, aut agnosce nihil tibi esse quod respondeas.

III. PUNCTUM.

STAT ergo Veritas, Quod depretio Nominis Iesu tanto plus circumciditur, & nobis deparet, quanto minus perfide nos circumcidimus;

Quia quantum non applicatur, tantum depe-
tit; non applicatur autem nisi circumcidantur
contrarii Cordis affectus, aut nisi prout cir-
cumciduntur, & conformantur significationi
Nominis, cum ex Corde tanquam ex Radice
procedat Intentio & qualitas operis, quidquid
ore proferatur. Hinc Christus Dominus; Aut Matth. 12,
facite arborē bonam, & fructum ejus bonum; Ibid. 7.
aut facite arborē mālām, & fructum ejus mālūm. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de
tribula ficiunt? Sic omnia arborē bona bonos fructus
faciunt, mala autē arborē, malos fructus faciunt. Id est,
qualis intus in animo fueris, tales erunt actus
tui; si purus sis & vacuus pravis affectibus, pu-
ra & bona erunt opera facta in Nominis Domini;
Si contraria depravata fuerint affectus, tum
prava inde erunt opera. Unde apud Apostolum
*Cognovit Dominus quis sunt ejus; & discedat ab
iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* Et
Propheta Jeremias: *Quid est quod dicitur manus
in domo mea fecit scelerā multā? Namquid car-
nes sanctā auferent à te malitiā tuas, in quibus
gloriātas? Quasi diceret anima peccati, i-*

*ter. XI.**2. Tim. 2.*

*Propheta Jeremias: Quid est quod dicitur manus
in domo mea fecit scelerā multā? Namquid car-
nes sanctā auferent à te malitiā tuas, in quibus
gloriātas? Quasi diceret anima peccati, i-*

ter. XI.

Ephes. 3.
2. Thess. 1.

aliquid, quod ibi hærebat tenacius. Nec ullum motivum aptius hujus præcisionis & oblationis faciendæ, quam quod hic modò propinatur, ne videlicet aliquid detrahatur & perire de Christi merito & beneplacito. *Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Vt digna-*

sur vos vocacionis sua Deus noster & implat omniem voluntatem Bonitatis. Et opus fidei in virtute, ut clarificetur Nomen D. N. IESU Christi in vobis: & vos in Illo, secundum Gratiam Dei nostri & Domini IESU Christi.

E O D E M D I E.

EX VERBIS SVPRA RELATIS. A P O S T O L I:

VERITAS PRACTICA.

Diccedat ab iniuitate omnis, qui nominat nomen Domini. 2. Tim. 2.

RATIO EST. Quis Nomen Domini Iesu, ordinariè tamè nominatur, vel ad Laudem & honorem ipsius Nominis; vel ad Invocationem: vel ad intentionem operi cuiuscumque nostræ, sic formandam.

Sed quocunque horum trium consideretur, sive Invocatio, sive Intentio: non potest propter eius fructuosè nominari Nomen Domini, ab eo qui fuerit in iniuitate.

Ergo diccedat necesse est ab iniuitate omni qui nominat nomen Domini, aut ne illud assumat; aut in vanum assumat; quod nefas est.

PRIMA propositio rarum est applicanda in suis terminis.

SECUNDA sic aperte declaratur per singulas partes. Prima est de laude Nominis, cuius præcipua commendatio est quod Salvatorem significet? non qualemcumque, sed à peccatis, ab iniuitate, & malitia. Singulariter certè & eximia commendatio: sed si fiat ab iniquo, si fiat ab homine existente in peccato, & non discende ab iniuitate sua, nulla proflus erit, aut nisi ridicula talis commendatio. Commendabit enim verbo quod ipse factio reprobat, dicit valde laudandum Iesum quod purget à peccato: & negabit id esse laudandum, cum suo ipse purgari nolit.

Prov. 25. *Ausen impioratem de vultu regis, dicebat Sapiens, si regem scilicet laudas, quod vultu suo indicet, quanto in odio habeat impioratem aut iniuitatem in qua auferenda, regem*

dicis esse laudandum? Sic aperte Psaltes regius: Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meæ, & assumis nomen meum per os tuum. Denique non est speciosa laus in ore peccatoris.

Sic de Invocatione auxiliij, quod aliud sequitur in propositione probandum. Rectè quidem per hoc sanctum Nomen, quacunque in necessitate, divinam implores opem, cum non sit aliud nomen sub calo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri: sed nonne scis, Deum opem suam retrahere ab iniuitis? An ignoras quod probè scivit ille Ammonites, qui sic de Deo quem Judæi colebant, magnifice loquebatur? Deus illorum edidit iniuitatem, Iudith. 1. perquire si est aliqua iniuitas eorum in conspectu Deorum; ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugaverunt sub iugo potentia tua. Si vero non est iniuitio populi huic, coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendet illos.

Quod maximè patuit in electo illo viro Josephi qui sacri IESU nominis figuram suo ipse nomine præferebat. Cum enim aliquando præter morem vidisset Israëlem terga yettentem suis hostibus, quos semper ipso duce debellarant, Mi Deus; inquit, quid dicam? Et quid facies magno Nominis tuo? Tum vero Dominus, Surge, cur jaces pronus in terra? peccavisti Israël, Quasi diceret, frustra invocas nomen meum, frustra per nomen meum tibi opem conciliasti quid à me spētes, quamdiu vel unus erit inter tot millia, qui vel iniuitatem admiserit, vel non dimiserit. Stupendum certè exemplum, & diuinus expendendum.

Terc.



Tertium denique quod spectat ad intentionem operis nostri, sub hoc felici formandum Nomen, non tam recte & fructuose formabitur, si nominetur in peccato Nomen, quam si extra peccatum pronuntiaretur. Neque enim potest quidquam in Nominis Domini fieri, si cum peccato fiat, aut si peccatum fiat, aut si fiat in lethali peccato. Quae quia fuis in crast no pertractantur discursu, satis modò sit agnoscere quām verè Apostolus dixerit, *Diccedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini;* Quicunque tandem ille sit, sive Sacerdos, sive Laicus: sive Religiosus, sive secularis, sive Dominus, sive servus: absoluē atque universim denuntiatur *omnis*, nulla seclusa persona, nulla prætexta causa, nulla prætenta necessitate, vel occasione, vel

consuetudine nominandi, nisi prius diccedat ab iniquitate, si quam contraxerit, nisi conterratur & doleat, nisi sit in illa gratia quæ animam lanctam & gratam Deo reddit, nè sanctum hoc pronuntiet Nomen, quia frustrè pronuntiaret, frustrè laudaret, frustrè invocaret, frustè se offerret: *Sanctum & terribile nomen eius*, ut non impunè scilicet contaminetur à lingua iniqua. *Irritat adversarius nomen tuum in finem:* O misericordiam peccatoris, qui sacrum nomen Jesu non ausit tutò pronuntiare? O beatam vero necessitatem deponendi peccati: ut vel diccedat necessè sit à peccato, qui Nomen Jesu nominare velit; vel nisi velit à peccato diccedere, nefas sibi ducat proferte Nomen Jesu!

E O D E M D I E.

DE CIRCVMCISIONE SPIRITUALI.

*Circumcidimini Domino, & auferite præputia Cor-
dium vestrum.* Ier. 4.

VERITAS PRACTICA.

Quarta est modo nobis obligatio ad non suscipiendum Circumcisionem legalem, tanta est ad suscipiendum spiritualem.

RATIO EST, Quia tanta obligatio quā temur ad non suscipiendum Circumcisionem legalem, petitur à lege secundum religionem Christianam quā illam modò vetat.

Sed eadem lege & religione Christiana iubemur suscipere Circumcisionem spiritualem.

Ergo quanta est unius obligatio, tanta est alterius. Quod certè est non parvi ducendum.

P RIMA propositio per se patet, & declaratur infra fuis. Sabbato post Dominicam primam Epiphania, ubi quām simili huic Veritati Veritas proponitur.

SECLINDA verò sic demonstratur; quia Circumcisio spiritualis, nihil aliud est quam talis mortificatio interior vel exterior, qualis necessaria est ad vitandum omne peccatum, & faciendum omne bonum, à Deo tibi iussum. Talis autem mortificatio tam necessariò jussa est, quām necessariò est evitandum malum, aut tale bonum faciendum, quod non posset fieri, nisi per hujusmodi mortificationem: *Matt. 5. 18.* Unde illa Christi Domini toties iterata, *Si ocu-
lurus scandalizate, si pes, si manus: eruo,
præscindo, amputa, Id est, si qua re externa aut
aliquo rei affectu impelleris ad peccatum;
mortifica hunc affectum;* Quod idem est ac circumcidere, *Circumcidite præputia cordis ve-
stri.* NOS sumus Circumcisio, qui spiritu servi-
mus Deo, inquit Apostolus; quasi dicceret, pri-
mo quidem, tam necessaria est talis Circum-
cisio quam nos esse spirituales quam nos esse
Christianos, quam nos servire Deo. Dein-
de vero NOS sumus Circumcisio, Id est, quanti
*Phil. 3. 2.
Rom. 2.*

N 2 quanti



quantis sumus, omnino & non ex parte tantum, sicut Iudeis erat Circumcisio; Nos inquit Christianos, ex totis nobis, sive in animo, sive in corpore, sic nos oportet usque quaque esse circumcisos, ut vere dei possimus quod sumus Circumcisio. Denique Nos sumus Circumcisio, quia videlicet propter nos instituta erat legalis Circumcisio, nostram spirituali, illa carnalis figurabat; ac proinde cum venit tempus suscipienda spiritualis huius Circumcisitionis, celsa via alia, sicut tenebrae desinunt lucente sole.

Ex quibus non modo est evidens, tantam huius spiritualis Circumcisitionis esse obligationem positivam, quanta est negativa alterius, sed ex eadem evidenter Concludendum est, positivam illam obligationem esse quoddammodo religiosorem & priorem quam negativam. Quia finis semper est fortior illis omnibus quae propter finem sunt; finis autem abrogatae legalis Circumcisitionis, est spiritualis Circumcisio; Non enim idcirco præcipitur spiritualis Circumcisio, quia carnalis ablata

est: sed idcirco carnalis auctoritas quia spiritus-lis adducta est; Neque novum statuitur Testamentum quia vetus abiit; sed vetus abiit quia novum venit. Sic expressè Apostolus: *Auctoritas primus ut sequens statuar, & res figurata semper nobilior est, & magis commendata quam quaelibet eius figura;* Unde sancti Patres & scriptura Interpretes sic Christum Dominum ajunt esse Circumcisum ut Circumcisitionem dissolvet, & aliam maiorem ostenderet id est spirituali, inquit Epiphanius.

Hebr. 10.

V. Barrad.

O quantum ergo aberrant à Lege & Religione Christiana Incircisiti corde & auribus! Hoc certum habe anima ut quam verè dictum est de Circumcisione legali: *Sic circumcidamini, Christus nihil vobis proderit, tam verè dicendum sit de spirituali: Nisi circumcidamini, Christus nihil vobis proderit.*

Gal. 5.
Vide infra die tertio & quarto. Sabbato infra Hebdomadam quintam post Epiphaniam de Communi Martyrum. Et passim ubi de Mortificatione, Intentione, & Perfectione.

TRIDUO sequenti, agitur de Triplici Puritate puræ Intentionis, seu de tribus puræ & rectæ intentionis Conditionibus, quæ ex effectis antiquæ Circumcisitionis eruntur.

Non aliter verò deinceps recensentur dies, quam quo numero & ordine connectuntur inde cursu mensis, usque ad Dominicam secundam post Epiphaniam, ubi resumeretur nomen Ferie.

De Dominica potro ante Epiphaniam occurrente, nullum est aliud institutum officium, quam eius diei quo tunc occurrit, sive vacare dicitur.



DIE

DIE II. JANUARII.

QVÆ EST OCTAVA S. STEPHANI.
DE PRIMA CONDITIONE PVRAE
INTENTIONIS, VT SIT PVRA A PECCATO;
EX PRIMO ANTIQUÆ CIRCUMCISIONIS
EFFECTU, QUI EST PURGATIO
PECCATI ORIGINALIS.

*Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi
corda, à mala conscientia. Hebr. 10.*

VERITAS PRACTICA.

Non sunt facienda mala, ut eveniant bona.

RATIO EST. Quia quod absolute & simpli-
citer veratur à Deo, non potestullo planè præ-
textu fieri.

Seà malum seu peccatum quocunque sit, simpli-
citer & absolute veratur à Deo.

Ergo non potest hoc prætextu fieri, ut eveniant bo-
na. In quo ramon multirispera dissentient.

I. P U N C T U M.

TANTI refert puram in omnibus ad-
hibere Intentionem & rectum sibi fi-
nem proponere, ut plures de hoc ar-
gumento institui debeant Considera-
tiones, sive ad pleniorē rei cognitionē, sive
ad maiorem ejūdēm commendationē. Ex
multis autem quæ considerari possent, selectæ
sunt tres Intentionis puræ Conditions, quæ
ex rotidem antiquæ & Mosaicæ Circumcisio-
nis effectis deponuntur. Quarum prima est
ut Intentio sit pura ab omni peccato, sicut o-
lim Circumcisio excludebat peccatum. Sic S.
Ambrosius. *Circumcisio*, inquit, *purgationem*
significat delitorum.

Et vero dupliciter intelligi potest, purgatio-
nem à delicto esse necessariam puræ inten-
tioni; Primo ut conscientia munda sit ab om-

ni peccato mortali, sique ille in statu gratiæ
sanctificantis qui præ se fert puram habere in-
tentionem, cum alioquin non sufficeret illa
intentio ad impertiendam actionibus vim &
valorem æterni meriti. Et si distribuero in cibos
pauperes in omnes facultates meas, & si tradidero
corpus meum, ita ut ardeam, Charitatem autem
non habuero, nihil mihi proficit, ait Apostolus.
Est autem eadem ratio Charitatis & Gratiae
sanctificantis, quantum ad valorem & meri-
tum nostrorum operum. Quo de argumento
præclare & fusa sanctus Bernardus, in illud
Canticorum; *Pulchra sunt genatae fuscus turba-
ris.*

Secundo, necesse est ut illud opus cui Intentio
est præfigenda, non sit malum ex se, aut ve-
titum. Neque enim bonus finis, aut intentio
boni alicujus, potest id bonum facere quod est
malum, neque id quod est malum potest bene
& licet fieri, ut fiat aliquod bonum. *Blasphe-
mamus*, inquit Apostolus, & scit aijunt quid
dam nos dicere, faciamus mala ut veniant bona,
quorum damnatio justæ est. Id est, damnandus
talis sensus. Nos Christiani longè absimus ab
illa sententia quam damnamus. Hoc enim nū-
quam licet quovis prætextu. Hæc est commu-
nis interpretatio verborum Apostoli, quā non
obstante, multi feciis in praxi faciunt, qui non
verentur mentiri, aut aliud quid mali facere, ut
sibi vel proximo benefaciant. Idecirco hæc Ve-
ritas attentius est consideranda, statuendumq;

1. Cor. 13.

Serm. 4. v.
Canticorum; Pulchra sunt genatae fuscus turba-
ris. Cant. I.

Rom. 3.

N. p.

in Lue.



in præxi, proflus. Nulla unquam esse facienda mala, ut eveniant bona.

E. 2. q. 120. Ratio est facilis & efficax, quia quod absolute & simpliciter veratur a Deo, nullo planè prætextu potest licitè fieri. Hoc est enim unum & idem, absolute verari, & nunquam posse fieri. Nam si posset esse aliquis calus quo contravenire liceret, non esset absolute & simpliciter à Deo vetitum: iste namque voces, *Absolute & simpliciter, excludunt omnem calum & omnem epij. K. et actum.* Quod enim de humanis legibus dicitur, aliquem posse evenire casum,

Deut. 4. quem non præviderit Legislator, & in quo æquitas postuleret ut à verbis legis discedatur, non potest dici de Divinis, cùm nihil evenire possit quod non præviderit Deus; ac proinde quando aliquid aperte constat esse absolute vetitum, nullus relinquitur dispensationi aut excusatio- ni locus; sic absolute est abstinendum ut vera- tur.

E. 2. q. 120. Non addas, inquit, ad verbum quod vobis loqueror, nec auferas ex eo. Custodite mandata Domini Dei vestri, que ego præcipio vobis. Nonne id æquum? Quid igitur contraria posset prætendi, nisi quod iniquum? Si vero dictum est, Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit; & pec- catum est iniquitas.

II. PUNCTUM.

SED malum quodlibet seu quodcumque pte-

2.2. q. 110. *Scatum, simpliciter & absolute veratur à Deo.*
Non quidquid verat Deus, sic absolute semper verat, ut alter ipso dispensante, vel mu-
tante leges, non possit fieri; sicut pater in lege veteri abrogata: sed aliud est aliquid esse ma-
lum, quia vetitum: & aliud, esse vetitum quia malum. Tale est autem mendacium & illud malum de quo hic agitur, malum est iniurie, at dicitur, & ex natura sua tale, aut certè sic supponitur; quo supposito affirmatur, id absolute & simpliciter verari à Deo, quia non potest non verare illud Deus, sicut non potest non odiisse. Quis enim nescit odium quod Deus ha-
ber de malo seu peccato, esse necessarium, esse infinitum, esse ita immutabile, sicut ipsius Dei natura est immutabilis? Nam cùm à Natura sua, ac proinde necessario amet Restitudinem Le-
gis æternæ, nec non Bonitatem & Perfectio-
nem suam, necessario etiam odit & verat quid-
quid tali Restitudini & Bonitati adveratur:
adveratur autem illi omne peccatum, quia ra-
tio peccati in eo sita est, quod sit contra legem

2.3. ex S.
August.

Dei æternam, & illi Bonitati maximè repug-
nat, non ut forma formæ, sed ut inordinatum
& distortum sue regulæ & mensuræ.

Sic pallim Scriptura omnes: Deus illorum e-
dit iniquitatem. MUNDI sunt oculi sui ne vi-
deas malum, & respicere ad iniquitatem non
poteris. NON dicas, ille me implantavit, non es
nisi necessarius, sunt ei homines impi. Omne ex-

Loffini de
perf. divi.

1.8.c.1.

Iudih. 5.

Habac. I.

Eccles. 15.

Tob. 4.

Prov. 6.

Ibid. II.

Eccles. 17.

Psal. 9.

cramentum orroru edit Dominus, & non erit a-
mabiliter imitans eum. Nemini manda vitæ im-
piè agere, & nemini dedit spatiem peccandi; Id
est, nulla est persona cui licet, nullus locus, aut
tempus quo id liceat. Hunc Tobias Filio suo,
Omnibus diebus vita tua in mente habeo Deum
& cave ne aliquando peccato consentias. Et in
particulari, mendacium dicitur esse interea
qua Deus edit præcipue, imo & Abominatio
est Domino, labia mendacia. Et ne quod forte
excludas mendacium, Noli inquis velle mētiri,
omne mendacium. Denique nihil est quod ma-
gis irritet Deum, quam si quis sibi fingat ali-
quod esse tempus, aut locum, aut casum, in quo
mentiri vel peccate liceat. Præter quid irritavit
impious Deum? Dixi enim in corde suo, non re-
quiret. O Impietatem! O blasphemiam! desine-
ret esse Deus, si non requireret. Et tamen quam
multi hoc corde dicunt!

III. PUNCTUM.

NVNQVAM igitur sunt facienda mala,
ut eveniant bona; Quia nunquam quo-
cumque prætextu id faciendum est quod sim-
pliciter & absolute est vetitum tanquam ma-
lum; & quod non potest non esse vetitum, sicut
non potest non esse malum. Nam bonum quod
inde sequitur, non impedit quo minus malum
sit malum, nec proinde quo minus sit vetitum,
nec denique quo minus sit cavendum. Nisi
odito execrationem, ait Sapiens, id est super
quam quodlibet aliud, quod te ab illius odio
revocate possit. Unde & 3. Augustinus præcla-
re in sententiis. Peccare est in honore Deum,
quod non debet facere homo, etiam si totum pereas
quod non est Deus. Et ne putas mendacium id-
circo non esse peccatum, quia potest prodesse,
Nonne possunt, inquit Idem, Et furando pro-
desse; nec ideo tale furcum quisquam dixerit non
esse peccatum. NVNQVAD Deus induget vestro
mendacio, ne pro illo loquamini dolos? Numquid
faciem ejus accipitii, & pro Deo judicare nivisi-
ni aut placabit ei quem colare nihil potest, aut da-
cipio?

Eccles. II.

In Enchir.

2.2.

*Job. 13. lib.
1. c. 15.*
elicitur ut homo, vestris fraudulentiis? Ipse vos
arguat. Sic apertissime Job Nec negligendus Au-
thor libri de Imitatione Christi, qui haec ex-
presse habet; Pro nulla remundi & pro nullis
hominum dilectione, aliquid malum est faciendum;
sed pro utilitate tamen indigenis, opus bonum li-
berè aliquando intermissione est.

*Ep. ad Cor.
7.*
Vide in his quantum delinquas. Et illud san-
cti Hieronymi ad dirigendam intentionem
tuam, & alia quævis recte operanda plurimi
facit; Edificanti tibi spiritualem domum, non
lanti. super levitatem arena, seu soliditatem petra, in-

nocentia imprimis fundamentum ponatur. Item
que illud Apostoli, Volo vos sapientius esse in bo-
no, & simplices in malo. Nempe ut bonum fiat
vel non fiat, sapienter est dijudicandum ex cir-
cumstantiis: Sed ad malum evitandum, sola
simplicitas adsit. Quia omne malum est evi-
tandum. Nullus mali delectus est, ubi omne
malum excluditur.

Rom. 13. v.

Vide ferias infra Dominicam secundam post
Epiphaniam, & alias ubi de peccato, ex Indici-
bus.

DIE III. JANUARII.

QVÆ EST OCTAVA S. IOANNIS APOSTOLI.

DE SECUNDA CONDITIONE PURÆ INTENTIONIS, UT STUDIVM CONTINVVM. REPRIMENDÆ CONCUPISCENTIÆ COM- PREHENDAT, QUOD IN LEGALI CIRCUMCISIONE FIGURABA TUR.

*Circumcidite preputium cordis vestri, & cervicem ve-
stram ne induretis amplius. Deut. 10.*

VERITAS PRACTICA.

Totius difficultatis de pura intentione solutio-
studium est continuum reprimenda Con-
cupiscentiæ.

RATIO EST., Quia tota difficultas de pura
intentione versatur circa sufficientem voluntati
dispositionem, ad hanc puritatem indu-
cendam.

Sed ex studio continuo reprimenda Concupis-
centia, cognoscitur sufficientis voluntatis dispositio-
nem talis effectum.

Ergo inde est solutio totius difficultatis. Ac prois-
tudo illud studium continuum maximo pere est
necessarium.

I. PUNCTUM.

*Q*UOD Circumcisio legalis figura
est: Circumcisio spiritualis qua
est mortificatio interior seu studium
reprimenda Concupiscentia, jam
dicatum est ex Apostolo qui de se ac nobis om-
nibus. Nos sumus, inquit, Circumcisio, qui spiritu
seruitus Deo. Et alibi: Circumcisio cordu in spi-
ritu, & non litera; Q.d. Hæc est vera Circumci-
sio, qua cordis concupiscentie circumciduntur:
hæc est spiritualis ad quam carnalis velut ad
finem referuntur: hæc est quæ sit per Spiritum
sanctum non juxta literam legis Mosaicæ. Et rur-
sum ubi de Christo Domino: Et es tu, inquit in *Col. 2.*
illo repleti, qui es Caput omnium principatus *Ep. 3.*



reflexu: in quo & circumcisus estiu Circumcisio non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in Circumcisione Christi. Quasi explicaret in quo repleti essent, & quid esset, sic repleri in Christo, nempe quod lex antiqua, variis præmittebat figuris, id totum spiritualiter adimpleri, per fidem, per Mortificationem, & alia quæ modò profitemur.

Quam vero hæc spiritualis Circumcisio sit necessaria puræ intentioni visum est etiam primæ die, & per se satis patet: Sed quam necessariò debeat esse continua, aut ejus saltem studium & propositum, nunc possum videndum est acutius ex declaratione Veritatis practicæ, quæ statuit totius difficultatis de pura intentione solutionem ex hoc continuo studio reprimendæ concupiscentiæ petendam esse.

Ratio hæc quæ assertur est valde consideranda, Quod videlicet tota difficultas de pura intentione versatur circa sufficientem voluntatem nostræ dispositionem, ad hanc puritatem inducendam. Non desunt quidem alia difficultates de quibus Theologi disputant, sed hæc ad proximam potissima, imo & tota de habituali & virtuali quam vocant intentione, quid sit necesse, quidve sufficiat, ex parte nostra, cum divina gratia ad hoc ut recte & pura in omnibus intentione habeatur. Cum enim intentionis primæ & principaliter sit actus voluntatis, ut expressè docet sanctus Thomas, certum est ex una parte, quod ut pura sit intention, necesse sit voluntatem esse puram seu purificaram pravis illis affectibus & desideriis quæ militant adversus animam. & quibus in agendo tota naturaliter occupatur, nisi eis resistat. Ex alia vero parte, cum variis & longè diversis modis voluntas possit resistere vel consentire illis motibus, nunc plenè & perfectè, nunc semi-plenè & imperfectè; hinc sit ut tot variis & diversis dispositionibus sit affecta voluntas circa intentionem operis, quorū sunt illi variii & diversi modi, quibus consentiet vel resistet pravis affectibus. Atque hinc demum oritur tota difficultas, quomodo cognoscatur in tantâ varietate, sufficiens dispositio voluntatis, ut ipsa sufficienter pura sit, & recta intentio quam prætendit. Proba me Deus & scito cor meum, interrogat me, & cognoscet seminas meas. Et vide si via iniustitiae in me est, & deduc me in via æterna. Quasi diceret, fac me cognoscere, quod quidem cognitus est difficile, & tamen utile, an rectam in actionibus intentionem habeam, an

b. 2. q. 12.
a. 1.

Ps. 138.

recte incedam ad vitam illam æternam, ad quam sum conditus, & à qua si devio, reduc me & dirige me in viam rectam.

Sic orandum esset cum Davide. ut simul cum illo etiam possis dicere: Andiam quid lo- Ps. 84.
quatur in me Dominus.

II. PUNCTUM.

SED ex studio continuo reprimenda Concupiscentia, cognoscitur sufficiens voluntatis dispositio ad hanc puritatem inducendam.

Primo intelligendum est, quid sit continuum studium reprimendæ Concupiscentiæ, nempe voluntas efficacum cum divina gratia sic continuo reprimendæ naturæ corruptæ seu naturalis ejus propensionis, ut quantum adverti poteris, semper reprimatur. Et ut semper advertatur, non levius cura adhibetur; singulari mane diebus propositum renovetur, saepè ad id Gratia petatur, quotidianum examen instituatur, & alia denique conferuntur quæ incident veram & efficacem voluntatem. Hoc est quod vocatur studium continuum: hoc est quod ait Sapientia, Esto firmus in via Domini, Eccl. 5.

Secundo, agnoscendum quomodo ex illo studio cognoscatur sufficiens voluntatis dispositio: Nempe quando verè dubitur utrum consenserit, neccè, contrariis puræ intentioni motibus, signum est probabilius non consenserisse, quamdiu sic studiosa, sive affecta & disposita fuerit voluntas; quidquid sentiat in appetitu, si tum quis certò non agnoscat se aliquid voluisse inordinatum, certius est noluisse. Non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, id est Concupiscentia. Quod si quidem consenseris videtur, nec tamen fatus plenè adverterit ad illos pravos motus, signum est consensus illum non esse voluntarium, quia scilicet ex studio illo continuo, seu ex illa voluntate efficaci, certum est quod si adverterit non consenserit, ac proinde consensus ille est veluti subreptius & involuntarius. Non enim quod volo bonum, hoc facio; sed quod nolo malum, hoc ago, ait idem Apostolus. Si denique deficiat actualis intentio, & dubitet utrum virtualis vel habitualis sufficiens operetur, quando in operando, de recto siue non cogitatur, credibilis est ex illo studio, sufficiens purè & rectè operari. Nam sic est affecta & disposita voluntas, ut si adverteret, vellat actu & scripta sic rectè ope-



Ribid. 8. Operari: Quod autem non advertat, irfirmi-
tatis est humanae potius, quam malitiae vel vi-
tiū oppositi pure intentioni. Nihil damnatio-
nū est tñ qui sunt in Christo Iesu, qui non secun-
dum carnem ambulant.

Il. 48. Quod si vero in aliquo defuerit illud con-
tinuum studium, planè alter de re tota defi-
niendum est: & judicium omnino contrarium
erioferendum. Licit enim is non magis ex-
presse quam aliis advertat ad illos pravos na-
turae motus qui puritatem intentionis infici-
unt & impediunt, tamen credibilius est illis
consentire, & illos velle, quia scilicet non stu-
der, nec vult sicut aliis efficaciter eos repri-
mtere: Non idcirco sibi satis invigilat, nec eos
motus quo posset modò cum gratia p̄venit,
aut ordinarie repellit: licet eos actu & volun-
tarie velle non videatur, quando non advertit:
censetur tamen & presumitur eos velle conse-
quenter, quatenus voluntarie non agit quod
posset & deberet. Cuius defectu sequitur ut
voluntas male sibi complaceat in illis moti-
bus; quidquid dicat ad se excusandum. Ego scio,
ait Dominus, existimat eum, & quod non sit
juxta eam virtus eius; Ne juxta quod poterat,
conata est facere. Unde illud accedit, quod ex
alio Propheta saepe memorandum venit: Col-
ligata est iniquitas Ephraim, absconditum pecca-
tum eius. Hi sunt funiculi vanitatis in quibus
trahitur iniquitas, & quasi vinculum plaustris,
peccatum. H̄z sunt colligationes impietatis
qua dissolvēdā erant. Hi sunt fasciculi depri-
menes nisi solvantur: haec catena de medio rui-
aferenda. Vide Isaiae quinto & quinquagesi-
mo octavo.

III. PUNCTUM.

Hab. 30. TOTIUS agitur difficultas de pura Inten-
tione solutio, eam verè ex continuo studio
Concupiscentia reprimenda patitur, quām verè
ex illo studio cognoscitur, sufficiens voluntati di-
positio, ut purè volit quod est volendum suffi-
cienter, ut pura sit intentio. Sic accommodatē
de unoquoque nostrum dici potest quod de
Christo refertur, si cum eo verè dicimus, Deus
meus volui, & legem tuam in medio cordu mei.
IN QUA VOLUNTATE SANCTIFI-

CATI SUMUS: Ut è contra, cui decet talis
voluntas, defunt ei omnia.

Quod confirmatur ex iis qui assueverunt
juramentis & blasphemis; Cum queritur utrum
peccent, jurando & blasphemando, quando et
iam non advertunt. Respondet, quod si stu-
deant pravae deponere consuetudinem &
sufficienter indicent se, si advertebent, nolle ita
blasphemare, tunc non peccare cum blas-
phemant non advertentes: quia ex illa vo-
luntate seu studio desuēscendi, indicant se nolle
quod faciunt aut quod loquuntur, ac proin-
dē id illis non esse voluntarium. Quod si vero
non studeant desuēscere, tunc eos peccare
quoties male jurant aut blasphemant, non ad-
vertentes, quia sic censentur velle consequen-
ter ex eo quod non studeant nec laborent in
contrarium, nec proinde aliter velle presumā-
tur. Blasphemantes in corruptione sua peribunt,
percipientes mercedem iniquitatis, voluptatem
existimantes Dieti delicias, ait S. Petrus. Sic pro-
portionate de aliis sentiendum, ut dictum est;
Unde apertius patet quām ut fūsus ostenda-
tur, quām sit necessarium hoc continuum stu-
dium sui reprimendi.

Quanta est enim differentia inter vitiosū: &
non vitiosum tāta dīci potest inter studiosum
huius praxis, & non studiosum. Hi sunt pii vel
iniqui de quibus dicitur, Novit Dominus pri-
de tentatione eripere: iniquos vero in diem judi-
cij reservare cruciando; magis autem eos qui posse
Carnē in Concupiscentia immunditia ambulare,
damnationēque contemnunt, audaces, sibi placē-
tes. At vero audiex eodem quid statuas in po-
sterum: Vos uicem curam omnem subinferentes
ministrare in fide vestra virtuem, in virtute
autem scientiam; Et quæ plura referunt ad hanc
omnem curam & hoc continuum studium
commendandum, de quo sic verè dictum à
Kempensi: Secundum propositum nostrum, cur-
sus profectus nobis; & multa diligentia opus est
bene proficere volenti.

Vide infra. Hebdomadam quartam post E-
piphaniam, & verbo Intentio. Voluntas. Et vi-
de ne plus cogites de carpenda Veritate,
quāmde vero eius fructu excep-
pendo.

Ibid.
*L. 1. de
Imit. Chrys.*
6. 19.

O DIE



DIE IV. JANVARII,
 QUÆ EST OCTAVA SS. INNOCENTIVM.
 DE TERTIA CONDITIONE PURÆ
 INTENTIONIS, VT SIT VNIVERSIM IN OMNI-
 NIBUS: SICUT CIRCUMCISIO LEGALIS
 OBLIGABAT AD VNIVERSAM LEGEM OB-
 SERVANDAM.

Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ Legis facienda. Galat. 5.

VERITAS PRACTICA.

Aut nullam vitæ partem, aut totam Deo debes.

RATIO EST. Quia quantum vitæ partem Deo debes, illi debes ex aliquo titulo, seu justa causa.

Sed ille ipse Titulus, eademque justa causa, jure exigit ut totam Deo vitam debeas, atque reddas.

Ergo aut nullam vitæ partem, aut totam Deo debes. Et quia nolles ei nullam vitæ partem concedere, hinc te urgere necessitatis ut reddas totam, quam non minus debes, ac partem.

I. PUNCTUM

L. 28.
Mor. c. 13.

RECTE monet S. Gregorius: Vigilanti cura per cuncta opera, intentione nobis nostra pensanda est, ut nil temporale in his quæ agit, appetat. & totam se in soliditate eternitatis fugiat: ne si extra fundamentum actionis nostræ fabrica ponitur, terra despicente solvatur. Cum autem unum & idem sit universim in omnibus puram intentionem habere, atque omnem vitæ partem Deo reddere, non potui efficacius motivum proponi ad illam universalem intentionem procurandam, quam si cogitetur æquid debet, atque ipsam totam vitam, quæ non aliter Deo redditur

quam per puram & rectam in omnibus intentionem. *Digne, Deo per omnia placentes;* sicut scribit Apostolus.

Ut verò liquidè patet quād verè tota Deo vita debatur quamque illi merito tota reddenda sit, non potuit apertius declarari quam Veritate proposita, Aut nullam vitæ partem, aut totam Deo debes. Quid enim noliscebas illi per solvere latet si æquè totam debet atque partem, cur non æquè totam reddas? Necessaria erit è reddendi consecratio, si æquale est totius, ac partis vitæ debitum. Quam sit autem æquale hoc debitum, & quam sit certa bæc Veritas, declarat allata ratio, Quia scilicet si quam Deo partem debes, illi jure debes, ex aliquo Titulo, seu justa quipiam causa, nempe quod sit Creator, & Dominus noster, quod Principium & Finis, quod Redemptor, quod Justificator quod Glorificator; Et si quod sint alii Tituli, si quæ jura & causæ: Nonne agnoscis ex horum omnium aliquo, vel ex omnibus rebus illi debere aliquam vitæ partem? Nunquid non ipse est Pater tuus qui possedit te, & fecit te creare ut te? At nunquid Filius honorat Patrem, & servat Dominum suum? An substracionis Filius esse velles in perditionem animæ? Dices ergo libenter, O Domine, quia ego servus tuus, Ego servus tuus, & Filius ancilla tuæ. Mihi sane quod vix ullus sit cui talis desit affectus: & vix ullus tamen, cui non desit effectus.

II. PUN-

Coloff. I.

Deut. 32.
Mal. 1.
Hebr. 10.
Pss. 115.

II. PUNCTUM.

SED ille ipse Titulus eademque justa causa,
Seodem iure exigit, ut totam Deo vitam de-
bes atque reddas.

Percurre quos voles ex omnibus, nullus u-
nus est, ex quo non convincaris te totum, o-
mnino totum, & non ex parte, ad Illum specta-
re, à quo habes utsis, ut sistedemus, ut sis
justificatus, & aliquando glorificandus. Totum
quod es illi debes, à quo totum habas, illi praci-
piè Domino qui & refecit, & bene fecit tibi, qui
sibi ministrat syderum cursus; nesci temperiem.
Et quæ plura refert S. Bernardus. Et certè
possessio tibi aliud persuadere possedit de Deo
tam abjectè sentire: aut de te tam magnifice:
ut quantus quantus est Deus, te toto non esset
dignus, sed pars tantum aliqua? Tu quis es?
quem triplum facis? Qualis qualisqueque sis,
an aliquam tui partem a te, vel ad te factam
putas? An decertate velles cum Deo, de prin-
cipio & fine tui? An ex parte tantum putas di-
ci, quod in ipso vivimus, & movemur, & su-
mum?

Quid præterea! Sanguis ille divinus, divina
illa Vita pro te fusa non esset scris digna, non
satis ampli meriti ut totam vitam tuam pro-
mereretur, sed pars tantum aliquam? O te
veccordem si hoc putes! Ecce vox Apostoli,
Non est vestri, empti enim a Ihsu pretio magno!
Vide in die Paraseeves. Quid denique de illa æ-
terna Beatitudine quam promittit, cogitabis?
Quod pones ei premium, quanti putabis illam
valere? an dimidia, vel aliquantum solum parte?
Quam longè aliter sentiebat Ille Martyr de quo
S. Augustinus: *Qui huius beatissima aeternita-
tis contemplatione nullum vitabat periculum,*
nullum horrebatur supplicium, & si milles posset
mari, non putabat se hanc dignè posse aliqua ra-
tione promereri. Recitè ille & recitè tu si con-
trà sentias!

III. PUNCTUM.

AUT nullam igitur vitam partem, aut totam
Deo debes; Quia quo iure, quæ ratione
partem, debes totum, unde aut neges omnino
necessè est te Illi debere aliquid, aut fatearis te
debere totum. Cur enim aliquid? Loquere, dic
cur debes aliquid? An vero præcisè hoc solum
debes, nec amplius? Responde, fraudes; Et
adde, cur illam potius vitam quam red-

dis, debere te annoscis, quæ à te
subtrahitur? Quid! quod Illa quam subtrabis,
illa pro certo est, quam magis vellet Deus,
nam illa est quam carorem habes, & in qua
magis posses ostendere quanti præte illum du-
cas. Denique, an te puras & divino-divinæ Dilige-
tionis præcepto tineri? At quale est illud præ-
ceptum, nisi ex toto corde tuo, ex tota mente tua. *Deut. 6.*
ex tota anima tua, ex totis viribus; ex tota ver-
tuze, ex tota fortitudine tua? Potestne intelligi *Matth. 21.*
pars aliqua non comprehensia ubi toties TO-
TUM repetitur.

Act tandem, ut videoas te, ne quidem ullam
partem debere, si non reddis totam: nihil red-
dis Deo, si Deus non acceptat quod reddis. Ex-
pende hoc accuratè, si Deum non invenis in ca-
parte qua Illum queris, ubi tandem cum inven-
nies, & quid tandem illi reddes? Audi vero *Iob. 23.*
beatum Job: *Si ad Orientem uero, non apparet;*
si ad Occidentem, nos int. ligam eum; *si ad sinis-
tram, quid agam, non apprehendam eum;* *si*
me vertam ad dexteram, non videbo illum. Non-
nè est mirum quomodo sic nullibi reperiatur
Deus, cum ubiqù sit? Sed apè ad rem no-
stram responderet S. Gregorius. *Creator quippe*
omnium in parte non est, quia ubique est: *& tunc*
minus uenit, quando uis uerius ubiqù est,
in parte quaritur. Quasi dicieret, si in aliqua viæ
tuæ parte, si in aliquantum actione eum quæ-
ris, & non in omnibus: non illum repertis, quia
vult in omnibus queri: *Ibo ad optimates, aje-
bat Propheta, & Loquare eu, ipsi enim cognov-
erunt viam Domini, iudicium Dei sui,* *& ec-
ce magis hi simul confregerunt jugum, ruperunt
vincula.* Cum enim scirent quod placet Deo,
& facerent in aliquibus: displicebat maximè
Deo quod non in omnibus, quasi non ita me-
reberetur ut universum in omnibus sicut in parte
coleretur: Quod certè illi est valde probro-
sum. Esto itaque vigilans, & confirmacetera
qua moritura erant, non enim inuenio operata
plena coram Deo meo. Christus est quilibet lo-
quuntur. Ne verbis illi respondendum, sed ope-
ribus, quæ nisi plena sint plenitudine
quam vocant extensiva & intensi-
va, nihil respondent.

* *

DIE



DIE V. JANURAI.

QVÆ EST VIGILIA EPIPHANIAE.

DE STELLA TRIBVS MAGIS AP-
PARENTE, DEQVE HORVM ADVENTV
IN CIVITATEM JERUSALEM.*Vidimus stellam eius in Oriente, et venimus ad-
rare eum. Math. 2..*

VERITAS PRACTICA.

Dum lucet, ambulandum : ne tenebrae fiant.

RATIO qua declarat tenebras fieri, si dum lu-
cet, non ambules, concludit etiam, ti-
bi dum iacet, esse ambulandum. Cum enim
tenebras fieri tam aperte damnosum suè ca-
vendum: satius esse videtur ad hanc cauelam
persuadendam, si agnoscas fieri tenebras.

Sic autem Ratio suadet, *Quia si dum lum luet
non ambulas, abuteris Lumine.*

Sed si abuteris lumine, eo privari, & finis tene-
bras.

Ergo dum lucet ambulandum, ne tenebrae fiant.

I. P U N C T U M.

Num. 24:

POSQUAM ex historia Evangelica
consideraveris stellam illam insolitam,
qua ut olim Propheta Balaam prædix-
erat, apparuit tribus Magis, aut Regibus
qui erant huius Prophetae successores; Ac dein-
de eorum in urbem introitum, totiusque Ci-
vitatis cum Herode perturbato commo-
nem, attentamente pervolveris: Contempla-
re quam diverso se gerant modo, Magi & Ju-
dex: & utroquè quam miro & stupendo.

Ecce Magi, vistâ stellâ, qua innicat novum
Regem Iudeorum natum, sese statim dant
viæ ad illum adorandum, nullas itineris diffi-
cultates metuunt, nulla Civitatum horrent
pericula: inquirunt palam, ubinam sit ille
natus, nequè ab inquirendo cessant donec cum:

invenerint. Iudei vero quorum magis inter-
rat scire & videre suum Regem, vix uno se pro-
pterea movent loco, vix illo tanguntur eius
visendi motu. O pavenda Dei judicia! Ut illi
seruent! ut isti frigent! Quam vere Christus
Dominus, Ambulandum lucem habet! ut *Ioan. 12.*
non rnostre tenebrae comprehendant! Dum enim Ma-
gi ambulant in luce sua, sic merentur videre
Christum & maiori gratiarum lumine collu-
strari. Dum vero Iudei negligunt aut differunt
eo uti Lumine, quo Christum nosse poterant,
sic illo tandem privantur & obtenebre scunt in
sua perfidia, ut vix post unquam, Christum
cognoverint.

Sic planè nobiscum agitur. Sic planè nobis.
Dum lucet ambulandum, ne tenebrae fiant.
Quod ut declaretur evidenter, sic procedit
Ratio: Nisi fideliter ambules in eo quod tibi
lucet Lumine, illo abuteris. Sicut enim ambu-
lare in lumine, nihil est aliud quam eo bene uti,
quam tendere quod te Lumen vocat, quam id
efficere quod declarat & inuiti tibi faciendum:
sic proflus nihil horum moliti, nihil efficere,
nec conari: abusus est luminis, quia non frustra
lucet quando non id agis propter quod
lucet: Unde est illud Sapientis, *Lucerna impi-
orum, peccatum.*

O quoties tibi sic frustra, & quam paven-
dum! Numquamne hoc legisti ex Debboræ:
Canticò: *De Cœlo dimicatum est contra eos:
stellæ manentes in ordine & cursu suo, adversus
Sisaram pugnaverunt. Manent scilicet in or-
dine & cursu suo stellæ, & Lumina quaæ tibi
hastenus frustra illuxerunt, ut apparcat quo-
ties;*



Apoc. 2. **T**ies illis abusus fueris, & confundaris. Sic in Apocalypsi, *Hec dicit qui tenet septem stellas in dextera sua: Id est: qui representat gratias & lumina quibus illi abusus sunt ad quos Christi sermo dirigitur. Audi quid dicat, audi quid exprobet, & minetur.*

III. PUNCTUM.

II. PUNCTUM.

Pl. 34. SED si abuteris lumine; et privari, & sicut tenebre.

Eib. de lib. arb. Job. 2. 4. E. I. Mor. c. 26. Apoc. 2. Lue. 11. Ps. 39. **F**iat, inquit Propheta Regius, *via illorum tenebre & Lubricum. Nam, ut ait S. Augustinus; Illa est pena peccati justissima, ut amittat unusquisque illud quo bene uti noluit, cum sine difficultate posset, si vollet: ut quis sciens recte non facit, omittat scire quod rectum est. Hinc est illud celebre Job: Ipsi fuerunt rebelles Lumini, nescierunt vias eius, nec reveri sunt per semitas eius. Quid enim prius sciendo rebelles sunt inquit: S. Gregorius, postmodum catantur ut nesciant. Idcirco ille ipse qui teneat septem stellas in manu sua, morsivo, inquit; candelabrum tuum de Loco suo, nisi paenitentiam ergeru. Denique quid clarius, quam quod ait Dominus, *Vide ne Lux men quod in te est, tenebre sint.**

Ecce certe si Apostolus Gentiles ait punitos esse & privatos lumine rationis, quia eo abusuerunt; quantò tu magis & pœna dignus es qui sanctiori lumine abusus fueris; *Obscuratum est, inquit; insipiens cor eorum; dientes enim se esse sapientes; stulti facti sunt;* Unde porro? *Quia cum cognovissent Deum, non scieut Deum glorificaverunt, & evanuerunt in cogitationibus suis. Et paulo post, Sicut non probaverunt Deum habere in nobis, tradidit illos Deum in reprobum sensum, ut satiantea que non conserniunt;* *Quid anima glorificare soluerunt quem cognoverant; reprobo sensu traditi, ad hoc relisi sunt, ut nescirent iam penitare mala que faciebant. Sic S. Gregorius: Unde agnoscetis quod:*

nisi videas quantum in hoc peccaveris, jam fortè ex cœcitas, pœna est peccati tui. & verè possis dicere, Comprehenderunt me iniuriantes mea, & non potuit, ut viderem.

DVM lucet igitur, ambulandum; ne tenebre sint; Quia si abuteris lumine, lumen transi in tenebias; & nisi dum lucet ambules, tam vero tunc luce abuteris, quam verè dicere ris te & fideliter ea uti, si ambulares dum lucet. Nam sic ambulare nihil est aliud quam fideliter, sincerè, religiosè, & prout nosti quæque esse dirigenda, sic digerere & exequi, nihil ut per negligientiam, & incuriam omitatur. *Sicut in die honeste ambulemus;* *Vt filii Luci ambulate, fructus autem luci est in omni bonitate & iustitia, & veritate, probantes quid sit beatitudinem Deo;* *Sic enim fieri, ut non modo fatales illæ tenebræ evitentur, sed contraria potius* *jam acceptum Lumen in dies augentur, procedant & crescent usque ad perfectam diem,* ut ait sapiens; *Vel ut Propheta, Erit lux luna sicut lux solis;* *& lux soli erit septempliciter sicut lux septem dierum.* Neque unquam ut ait S. Augustinus, *Sol ille faciet à te occasum;* nisi prius ab eo feceris easum. *ILLE fideliter permanet, negare seipsum non potest,* inquit Apostolus: *Imo & ipse Dominus: Omni harenii dabitur: ab eo autem qui non habet, & quod habet, afferetur ab eo.*

Ubi duplex motivum proponitur fidelitas ser vande; unum ne Lumen decrescat; & aliud, ut accrescat; *Sicut enim male utenti decrevit, ita & bene utenti accrescit Domine Pater & dominator vite mea, ne derelinquas me, ne adincreas ignorantia mea;* & multiplicentur delicia mea. *Vide tu etiam ne derelinquas Dominum, & ne plus nimio fidas, ac palpes.*

Rom. 13. Ephes. 5.

Prov. 4.

Is. 30.

2. Tim. 2.

Lue. 9.

Eccles. 23.



IN



DIE VI. JANUARII, IN EPIPHANIA DOMINI.

DE CHRISTO REGE A MAGIS
ADORATO, CVM OBLATIS MVNERIBVS.

*Et intrantes domum, invenerunt Puerum cum Maria
Matre eius, & procidentes adoraverunt Eum; &
apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera,
aurum, thus, & myrrham. Matth. 2.*

VERITAS PRACTICA.

*Nou nisi tribus oblatis Concupiscentiis, Rex
Christus, re agnoscitur.*

*RATIO EST. Quia Rex Christus non ag-
noscitur, nisi re ipsa te illi regendum prebeas.
Sed non nisi tribus oblati Concupiscentiis, re ipsa
te illi regendum prebeas.
Ergo nec alter Rex Christus re agnoscitur. Quod
certe est in primis agnoscendum.*

I. PUNCTUM.

SIC pergit Evangelista de Magis: Qui cum audis-
sent Regem, abierunt; Et
ecco stella quam viderant
in Oriente, antea edebat eos
usque dum veniens staret
super ubi erat puer. Viden-
tes autem stellam, gau-
sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum
invenerunt puerum cum Maria matre eius; Et

que supra habentur. Sigillatim essent omnia ex-
pendenda. Si visa stella tantum fuit gaudium,
quale putandum est, invento Pueri qualis stu-
por, eo viso? qualis fides, eo adorato? qualis de-
votion, eo munerato? His te adjunge, primis ex Gen-
tilibus Regis Christi adoratoribus, ut simul
cum illis Regentum agnoscas, simul cum
illis fidei juramentum pretestes, aut renoves, ac
denique simul cum illis tua munera offeras.
Sic aperte sanctus Leo: Agnoscamus in Magis a-
doratoribus Christi, vocatione nostra fidei pri-
mitias; Et post pauca: Ac si quis illi de thesauri
suum mysticas Domino munorum species obvile-
runt, ut nos de cordibus nostris, quae Deo sunt
digna, premamus.

Sunt quidem multa que pro devotione
possunt offere, sed ex obligatione seu necessitate,
tres sunt illi Concupiscentiae offrendae,
qua tribus Magorum munib[us] designantur;
Auro videlicet Concupiscentia oculorum, seu
terum habendarum cupiditas. Thure Concu-
piscentia superbiae, seu honorum mundi. Ac
denique Myrrha, Concupiscentia carnis seu
vo-

Serm. 2. de
Epiph.

volupiarum. Dicitur porro esse obligatio seu necessitas hujus triplicis Concupiscentiae offrendae, quia ut haber veritas valde consideranda, Non nisi tribus huic oblatu Concupiscentia, Rex Christus, re agnosceretur. Nihil etiam gratius, nihil nobilius & dicitur offeres, quia cum Christus Rex sit cordium, non aliter regnat in cordibus quam si haec tres offerantur & summittantur ei Concupiscentia.

Ratio est manifesta quae id demonstrat, nam ut regnet in cordibus nostris, utique re ipsa Rex agnoscat, nos illi regendos sinere, & omnem in partem ducendos ultrò praestare debemus. Dixerunt servi Regis David ad eum, inquit Scriptura: Omnia quecumque praeceperis

2 Reg. 15.

Dominus noster Rex, libenter exequemur servis tuis. Hoc ipsum est dicendum & præstandum Regi Christo, qui vult servos voluntarios &

Apoc. 19.

subditos sibi libenter addictos. Rex regnum est,

Luc. 19.

et Dominus dominantium, etiam invitis & re-

Pf. 44.

nitentibus nobis, Venietque tempus quo qui

2 Reg. 8.

dixerunt, Nolumus hunc regnare super nos, illud

dudum audient, quod est in parabola, verum tam mi-

micos meos illos, qui noluerunt me regnare super

se adducere huc, & interficere ante me. Sed inter-

rea nisi nos illi sinamus regendos, nos ille nobis

sine nos, nec re ipsa Rex noster erit, quia re ipsa

non nos reget. Non enim aliter re ipsa Rex no-

ster est, quām si nos vere regat, neque revera

nos aliter regit, quām si nos ei regendos per-

misericordius. Hinc psaltes Regius, Virga directionis,

virga regni tui; Quasi diceret, quantum est

directionis exercitium, tantum est regnum: seu

clarus, tantum te & actu regnat in nobis,

quantum te & actu regit & dirigit, unde si tolles

eius directionem, tolleres eius regnum,

& ex illis esses de quibus conqueritur; Me ab-

jecerunt, ne regnum super eos. Velles ne id tibi

dici?

jectioni, quām caro spiritui, quām appetitus Rationis, natura gratia, & verus Adam illi Homini novo, Qui secundum Deum creatus est in Ephes. 4. Iustitia & sanctitate veritatis? HEC enim sibi invicem adversantur, inquit Apostolus, ut non Galat. 5. quacunque vultus illa faciat, nisi corum unum alteri submittatur; Quod egregia similitudine paulo ante idem Apostolus representarat, cum de Ismaele persequente Isaacum diceret, Quo- Ibid. 4. modo tunc uero qui secundum carnem natu fuerat persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam & filium ejus; non enim habes erit filius ancilla cum filio libera. Id est sic necessariò reprimenda est caro cum Concupiscentia, ut regnet Christus; Nam qui sunt Christi, carnem suam Ibid. 5. crucifixerunt cum vitiis & concupiscentia.

Hoc manifeste patuit in illis invitatis ad Matth. 22.

Nuptias Regias, aut ad cœnam magnam, qui omnes noluerunt venire. Cur porro? quia vide- Luc. 14.

licet unus villam emerat, alias quinque juga

boum, & alias uxorem duxerat, quæ tria impe-

dimenta tres complectuntur Concupiscentias;

inquit S. Augustinus, quæ solent homines a- De Verb.

vocate a Christo Rege, quocunque eos vocet. Domini-

At quælo te, si invitatos ad cœnam & ad nup- 2 Cor. 6.

tias, concupiscentiae retinent, quomodo putas

retinebunt invitatos ad ferendas injurias, ja-

leuram bonorum omnium, & alia quævis ad-

versa, quibus tolerandis paratos esse oportet

eos qui te regendos Christo præbent? Quomo- 2 Cor. 6.

dò in omnibus exhibebunt semetipsos sicut Christi

ministros in multa patientia, per armam iustitiae, à

dextræ & à sinistri, per gloriam & ignobilita-

tem, per infamiam & bonam famam, nisi cas-

subjeccent Concupiscentias, quæ dextra tem- Rom. 6.

per quæcunq; nunquam autem sinistra?

III. P U N C T U M.

SE D non nisi tribus oblati Concupiscentia, re ipsa te illi regendum præbes.

Nam quid est te illi regendum dare, nisi te tuaque omnia sic illi subiçere, ut quicquid prouersum extræ vel intia, in animo vel in corpore prosperum vel adversum de te statuerit, & ordinari, sic æquum bonum ducas, & tam libenter acceptes quām qui dicebat, Dominus est, quod bonum est in oculis suis fasciat. At quomodo sic te illi universim in omnibus subiçies, nisi his oblatis & sublatis Concupiscentia, quæ tam directè opponuntur huic divinae sub-

NON ISI ergo tribus oblati Concupi-

sentia, Rex Christus re, & factio agnoscet-

ur. Quia non aliter revera in nobis regnat

quām nos regendos & ducendo quō ipse velit,

neque nos aliter regit & quō vult ducit, nisi

subiçiantur ei Concupiscentia, quæ nos inde-

tam certò avocant, quām ipse dæmon revocat,

qui nisi per ipsas Concupiscentias in nobis

Christo repugnat. Hæc sunt videlicet arma ini-

quitatis peccato, in quibus confidit fortis armatus

eustodie os atrium suum, qui a fortiori superveniente vicit est, & a quo illa sublata sunt arma,

Rom. 6.

Lut. 14.

nt.



ut est in parabola Evangelica. Quæcetera consideratio plurimum valere potest ad hanc perfectam triplicis concupiscentiæ oblationem, cum nisi eam Christo perfectè offeras & submittas, non modo non cum Regem habes, sed quod horrendum est dictu, illum tibi facis Regem qui Rex est super universos filios superbia, qui princeps hujus mundi, & rex barum tenebrarum propterea dicitur, quia regnat in nobis per Concupiscentias, quæ faciunt tenebrosum hunc mundum, ut expresse affirmat S. Joannes.

Iob. 41.

Ephes. 6.

I. Ioan. 2.

Iean. 18.

Coloss. 1.

Econtrà vero Dominus, Regnum meum non est de hoc mundo; Non dicit, non est in hoc mundo, inquit S. Augustinus, sed non est de hoc mundo, de mundo enim est quidquid ex Adam vitiata stirpe generatur; factum est autem non jam de mundo quidquid inde in Christo est regeneratum unde Apostolus, eripuit nos de potestate tenebrarum & transfluit in regnum filii dilectionis sua. Cum itaque uolum & idem sit, esse de mundo, & secundum Concupiscentias vivere; Quād verè regnum Christi non est de hoc mundo, tam verè non regnat in nobis, nisi repressis concupiscentiis.

O fortis & amabilem reprimendæ concupiscentiæ necessitatem, qua compellor aut negare Christum Regem, aut omnem illi subiisse Coacupiscentiam! Quid hic statuas anime?

quid deliberes? quid proponas? Audi sanctum Bernardum ad illa verba, Et regnabit in domo Iacob in eternum: QVIS ex nobis est qui iuxta Hom. 4. interpretationem nominis, Iacob, supplantat dominum de corde suo, luctetur cum virtute & Concupiscentiis suis, ut non regnet peccatum in suo mortali corpore, sed regnet in eo Iesus, & nunc quidem per gratiam, & in eternum per gloriam? Beati in quibus Iesus regnabit in eternum, quia & ipsi cuncte regnabunt. Et paucis interjectis, Veni interim Domine Iesu, aufer scandala de tuo regno, quod est anima mea, ut regnes tu qui debes in ea. Venit enim avaritia, & vindicat in me sedem: Instantia cupit dominari mihi: superbia ruit mihi esse Rex: Luxuria dicit, ego regnab; ambitio, detracatio, invidia, iracundia certant in me ipso, de me ipso, cuius ego potissimum esse visus. Ego autem quantum valeo, resisto: venitor quantum juvorum. Dominum meum Iesum reclamo; ipse me defendo, quia ipius me iuri agnosce: ipsum mihi Deum, ipsum mihi Dominum teneo. & dico, Non habeo regem nisi Dominum Iesum. Veni ergo Domine, disperge illos in virtute tua, & regnabit in me, quia tu es ipse Rex meus, & Deus meus qui mandas salutes Iacob.

Vide infra, Hebdomadam vigesimam quartam post Pentecosten, & Veibo, Affidus, Christus, Concupiscentia.

E O D E M D I E.

ALIA VERITAS PRÆCEDENTI CONNEXA.

Non à magno regno, Rex magnus, Christus ita est prædicandus, quam à magno Rege, magnum ejus regnum.

RATIO EST. Quia quod est dignitate & merito maior ac dignius, non tam prædicatur ab eo quod est minus & inferius, quam hoc minor à majori.
Sed quantumcumque sit magnum Christi regnum, Christus est eo major & dignior.
Ergo non à magno regno Rex magnus, Christus ita est prædicandus, quam ab illo magno Rege, magnum ejus regnum est dicendum: unde illud etiam ad uberiorum præsum intelligitur, quam sit magnum & opportunum à tali Regi.

Prima propositione plana est, & facile demonstrabilis per universa corpora quæ ex partibus heterogeneis, atque inter se differentibus componuntur. Non tam aurum à plumbō vel à quovis metallo cui permiscetur, dignitatem & commendationem haurit, quam ab auro plumbum. Non tam à conchyli unio, seu margaritum, quam à margarito conchyle commendabitur. Exornet animalium qualcunque corpus, longè tam ab animali, magis corpus exornatur: & quæcunque

sis Parabolis, Translati in regnum Filii; dilectionis Coloff. c.
fus.

Tertiò, Acquisitione, cùm quis iusto bello aut
alio ex jure gentium, recepto titulo, sibi regnum
acquirit; Sic Christus sua morte debellans, vel ut
ait Apostolus, Expolians Principatus & potestas. Coloff. 2.
res, palam triumphans illos in semetipsos, Regnum
hoc acquisivit, sicut Idem Apostolus: Ves, inquit Ad. 2.
Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam
Dei, quam acquisivit sanguine suo. Sic & dicitur, I. 9.
Factus principatus super humerum ejus: gestando
scilicet Crucem, sui Principatus insigne.

Quarto, Donatione Dei, sicut Saul, David,
Jeroboam & alii, sic de Christo dicitur, Dabit il-
li Dominus Deus sedem David Patris eius, & re- Lucas.
gnabit in domo Jacob in eternum: non eo quidem
modo quo regnavit David, sed alio spirituali &
excellenter, cuius typus & figura quedam fuit
thronus David, & domus Jacob. Datum est au-
tem Christo regnum, in ipsa unione hypostatica
tunc consecratus & unctus est in Regem & Sa-
cerdotem, non materiali unctione, sed illo laeti-
tiae seu Divinitatis oleo, de quo est in Psalmo ce- Ps. 44.
lebre illud, Vixit te Deus, Deus tuus oleo latitia Heb. 1.
pra confortibus tuis.

Quinto & postremo, Electione, cùm populus
unanimi consensu, sibi aliquem in Regem eligit.
Sic Christum Dominum Christiani omnes, hoc
ipso quo sunt baptisati & professi ejus fidem, E-
cum in suum Regem & Dominum eligunt, Domi- I. 33.
nus Iudeus noster, Dominus Legifer noster, Domi-
nus Rex noster, ipse salvabit nos. Nonne id profi-
teris?

JAM verò quodnam est & quale illius reg-
num? Duo sunt distincta quæ queruntur. Pri-
mum est, an regnum ejus sit temporale, vel spi-
rituale. Disputatur à plerisque, in utramque par-
tem: sed communior & veteror sententia est, esse
tantum spirituale, prout ipse Dominus dixit,
Regnum meum non est de h[ab]e mundo, quod expli- 14. 18.
cans sanctus Augustinus: Quod est, inquit, regnum
eius nisi credentes in eum quibus dicuntur, de mun-
do non esis, sicut & Ego non sum de mundo, quam-
vis eos vellet esse in mundo, propter quod de eis dixit
ad Patrem: Non rego ut tollam eos de mundo, sed ut
serveseos à malo: unde & hic non ait, regnum
meum non est in hoc mundo, sed non est de hoc mun-
do. Itemque alibi: Non Rex Israel Christus ad exi- Tract. 50.
gendum tributum, vel exercitum ferro armandum
hostesque visibiliter debellandos; sed Rex Israel,
quod mente regat, quod in eternum consular, quod
in regnum celorum credentes, sperantes, amantes.

Ecclesiasticus 25.
infusa in animis nostris naturalia, seu acquisita
bona; multo tamen amplius animi ab infusis &
supernaturalibus donis illustrantur quam ab hu-
manis & naturalibus. Timor Domini super omnia
se superponuit.

Exodus 15.
SECUNDA vero propositione non est mi-
nus certa Christiano, qui de regno Christi quan-
tumvis magnum sentiat, totum illud tamen esse
creatum & finitum credit, ac proinde cum Chri-
sto Creatore & infiniti meriti, nulla ex parte con-
ferendum. Quis similius tui in fortibus Domine?
qui similius tui?

Ad maiorem tamen declarationem, tria pos-
sent hic pertractari. Primum, quo iure Christus
sit Rex. Deinde, quodnam & quale sit ejus reg-
num. Tertiò deinde, qualis & quam magnus
Rex ipse sit.

De primo, quinque reperiuntur iura, seu mo-
di legitimi quorum uno vel altero Reges fiunt:
ex quibus universim omnibus, Rex Christus fa-
etus est. Primo, Fundatione seu Institutione, si-
cuit Romulus Rex Romanorum, Pharamundus
Rex Francorum, & alii primi, qui que quarum-
cunque nationum Reges. Sic Christus regni sui
primus est institutor & fundator, juxta illud A-
postoli: Fundamentum aliud nemo posset penare
prater id quod possum est, quod est Christus Iesus.
Licit Petrus & alii Apostoli dicantur funda-
mentum, sed non quale est Christus, qui seipso
consistit, & omnia sustinet. Fundamentum est
primum & maximum, inquit sanctus Augusti-
nus, quemadmodum dicitur sanctus sanctorum, sic
fundamentum fundamensorum.

Secundò, Successione legitima, quæ quidem
juris ratio sic pugnat cum praecedenti, ut nullus
propriè possit esse fundator & successor regni.
Nam si primus est, non est successor: si successor
est, non est prianus nec fundator; Sed in Christo
Domino, duo illa simultanea aperte conveniunt, ut
non minus sit successor quam fundator. Suc-
cessor est veteris illius regni, quo Deus Iudeos sibi
singulariter subditos regebat, & sanctis Legibus
temperabat, de quo ipse Dominus Afferetur à
vobis regnum Dei: Et David in ejus persona, Ego
autem constitutus sum Rex ab eo super Sion mon-
sem sanctum ejus, predicans praeceptum ejus: Qua-
leculque illud esset spirituale regnum Iudeo-
rum, ad Christum translatum est, sicut Sacerdoti-
um, & quæ universim de Synagoga, & veteri
Testamento, conversa sunt in novam Gratiae
Legem & Ecclesiam, quæ est illud regnum de
quo tam saepe Christus in Evangelio, sub diver-
Huius neque pars prima.

*Serm. 3. de
Epiph.*

qui perducat. Sic S. Fulgentius, *Quid surbari Herodes, Rex iste qui natus est, non venit Reges pugnando superare, sed moriendo mirabiliter subjuge. Nec ideo natus est ut tibi succedat, sed ut in Eum mundus fideliter credat. S. denique Thomas post allatum Scripturæ locum. Ex quo, inquit, apparet quod Dominum Christi ordinatur ad salutem anima. Quod spiritualia bona, licet à temporalibus non excludatur, eo modo quod spiritualia ordinantur.*

*Opus. de
regim.
princ. c. 23.*

A L T E R U M autem quod in secundo hoc punto queritur, est, qualenam sit ejus regnum, quænam sint ejus qualitates quas vocant, quænam regni præcipua capita, unde magnum, & cæteris præstantius terræ regnis, dici possit.

Quinque referuntur, quod alia revocari possint. Primum est, ipsa regni natura seu regendi ratio que tota est spiritualis, tota est animalium, tota Cordium, tota interior & supernaturalis qualiter in terra nullam videtas similem. Licet enim totus homo sit Christi, qui de ipso statuat prout velit, quia tamen prima & antecedens ejus voluntas est, ut animos ad se trahat & corda sibi devinciat, ibi potissimum regnare dicitur, ubi amor regnat. Quod genus regnandi & regendi est præcipuum, sublime, augmentum, celeste, & Divinum; O felix huminum genus, si vestros animos amor, quo calum registrat, regat.

*Boetius l. 2.
metro. 2.*

Secundum est regni amplitudo, est enim omnium non tantum hominum, sed & Angelorum & Dæmonum, licet diverso modo. Sicut enim exaltatus dicitur Dominus ut in Nominis eius, id est, ad ejus imperium. Omne genu flectatur celestium, terrestrium, & Inferorum, id est, omnes Ei Creaturæ subiiciantur & pareant.

Phil. 2.

Tertium est libertas, nobilitas, opulentia & beatitudo subditorum hujus regni; Sunt enim ipsi omnes Reges, Omnes Filiæ Dei, omnes ejus heredes, & coheredes Christi; Quid nobilius, quid beatius Non timet ille habere consores, inquit S. Augustinus, quia ejus hereditas non sit angusta, si multi eam possederint.

Rom. 3.

Quartum, pax & securitas ex hac etiam vita; hoc enim singulariter de hoc regno dicitur, quod sit pax & gaudium in spiritu sancto, id est, spirituali, verum & solidum gaudium, quod sicut non est à mundo, ita nec mundus auctor potest. Et gaudium vestrum nemo tollit à vobis.

Rom. 14.

Quintum est regni firmitas atque æternitas, hoc enim regnum de quo Propheta Daniel, *Quod in aeternum non dissipabitur, & regnum ejus alteri populo non tradetur, comminuet autem & consumet universa regna haec, & ipsum stabit in aeternum. Et regni ejus non erit finis.*

Ioan. 16.

Dan. 2.

LMS. 1.

HÆC certè magna sunt & singularia, hæc sunt undè magnum & singulare regnum Christi, merito dici debet & gloriose prædicari. Sed Rex ipse Christus Dominus tantò intervallo superat illam omnem sui regni magnitudinem & singularitatem, quam ò Cœator creaturam.

Quinque sunt Ejus etiam excellentia & perfectiones regis, quæ sunt ita notæ cunctis, ut eas vel appellare sufficiat.

Prima est, Sanctitas de qua expresse apud Damarem, *Donec ungatur Sandus Sanctorum,* *Quantum vero Regi conferat ad Ipsius cultum & observantium, nemo nescit.*

Seconda est, Sapientia quæ dirigendo regno imprimis est necessaria, unde & disertè dicitur, *Regnabit Rex & Sapientia erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra.*

Terza est, Justitia sive æquitas, nulli ut umquam injuriam faciat, nullum violentem cogat, nullius iura violat. Non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet, sed judicabit in iustitia pauperes, & arguet in equitate promansus terra. Virga æquitatis, *Hebrei 10. virga regis tui.*

Quarta est, Bonitas seu Liberalitas, quæ vel præveniat bonis innumeris, suos subditos, sibi etiam rebelleres & infensos, vel comitetur & sequatur præmis ingentibus tunc gratiae, cum gloria semper in tua.

Quinta est, Potentia & fortitudo suis conservandis, protegendis, & ita promovendis ad suum optatum finem, *Vi non rapiat eos quiquam de ipso manu.* Nemo diripiatur, nisi se ipsi velint subducere. Liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adjutor, *Beati viri tui, & beati servi tui qui sunt coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.*

EX quibus, & alius prope infinitis quæ regiam Christi Domini Dignitatem spectant, diligenter expensis, aperte liquet quæ vere non à magno regno, Rex magnus Christus est, sed potius à magno Rege, magnum sit regnum. Esto sicut magna quæ confert, at major Ipse est suis donis. Sunt servi ejus liberi, sicut nobiles, sicut opulentii, sicut beati omnes in quibus regnat: At suprema illa Sapientia qua eos regit, suprema illa Bonitas qua eos fovet; suprema illa Potentia qua eos ut pupillam oculi servat, & ad æternam ducit beatitudinem, longe major est, longe excellentior est, ipsa eorum felicitate qua in cælis fruuntur. Major est Deus corde nostro, inquit dilectus Discipulus:

Ius: Quasi diceret, quidquid in nobis majus est, in corde nostro est, sive in ea nostri parte quæ capax est Dei possidendi. At quantumcunque pars illa sit capax & magna, major est tamē Deus, cui toti totaliter capiendo, nil par creatum esse potest, cum se Ipse solus comprehendat.

Atq; hæc intelligere & crebro cogitare multum prodest ad Præmio servitutis nostræ, tanto Regi fidelius exhibendæ. Sic enim prius est noster animus qui Christi meritum magis spectat quæcum uillam inde nobis promanantem utilitatæ. Sic nos illi magis ac magis subdimus, cum quantumcunque obsequii deseramus, major sit Ille omni laude, major omni obsequio. Sic quæcum insipienter illi agant evidenter patet, qui se ab illo subtrahunt, quo nullus sapientior ad regendum, nullus potentior ad protegendum, nullus

æquior ad imperandum vel exigendum, nullus melior ad beneficiandum, nullus major ad beatandum. Et tamen quæ illi multi sunt, qui se ab illo subtrahant! Quæcum verè S. Augustinus: Modo In Ps. 55. multis Christum Regem in cœlo sedentem, & ubiq; regnani habere nolunt.

O quæcum justè, quæcum providè præmaturo interitu puniuntur illi qui taler tantumque Regem nolunt in se regnare! Quamquam quid gravius, quid acerbius non ad culpam modo, sed ad peccatum, quam hoc nolle? Quid enim est nolle, nisi se à pacato Rege ad iratum convertere? Quid est hoc nolle, nisi malle à sua prava cupiditate regi, quæcum à Divina Sapientia? nisi malle ibi vivere ubi loco Christi, Dæmon regnat! Potestne gravius aliquid cogitari?

DIE VII. IANVARII.

*NISI SIT DOMINICA, CIVIS PROPRIA MEDITATIO
HABETVR INFRA, DIE DVODECIMA, IN DECVRSV
HISTORIÆ EVANGELICÆ.*

DE REDITU MAGORUM IN PATRIAM SUAM.

Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem: per aliam viam reversi sunt in Regionem suam. Matth. 2.

VERITAS PRACTICA.

Non aliud, sed aliter.

SENSVS EST, Quod consilia melioris vita, non tam sèpè spectant aliud in agendo, quam modum & finem agendi; Non aliud in re & substantia, sed aliter in modo & fine.

RATIO EST, Quia ibi sunt figura consilia melioris vita, ubi magis deficitus. Sed ordinariè magis deficitus in modo & fine agendi, quæcum in substantia rerum agendarum. Ergo illa consilia non tam spectant aliud in agendo seu aliud in re & substantia, quam ut aliter in modo & in fine agatur.

I. P U N C T U M.

AUT indignus erat Herodes, ceterique Judæi qui Magos audirent, referentes ea quæ viderant & fecerant: aut periculum erat Magis, ne male à Judæis haberetur, &c à fide atq; à religione avocarentur: quam obrem admonentur in somnis, ne quæ venerant revertantur, sed alia via remigrent in patriam suam. Sic fidelis Deus iis qui se suaque omnia servet ei obtulerunt. Est vero præterea moralis & mystica hujus reversionis, per aliam viam ratio-

nempe ut Magi discerent se posse quidem viso Christo, repetere sua regna, sua negotia, & quicquid ante domesticum & civile agebant, sed non eodem modo & fine agendum, non ex naturæ depravatae impetu, non turpis lucri, aut vanæ ambitionis gratiæ, sed rectæ rationis & divini duci Numinis, ad supremi Dei cultum & aeternæ beatitudinis consecutionem. Jamque illud meditabantur quod postmodum scripsit S. Petrus, Ut jam non desiderii hominum, sed voluntati Dei quod reliquum est in carne, vivant temporū. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Generationis consummandam.

Sic ad nos p[ro]ie derivat S. Gregorius, hanc M[od]orum reversionem, dum ait, *Magnum vero nobis aliquid Magi innuunt, quod in regionem suam per aliam viam revertuntur. Regio quippe nostra, in Evang. paradyssus est, ad quam Iesu cognito, redire per viam quæ venimus prohibemus. A regione etenim nostra & superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo discessimus, sed ad eam necessi est, ut stendo & obediendo, visibilia contempnendo, atque appetitum carnium refranando, redeamus.*

Atque hinc Forma quedam Emendationis

R a vita,



vita, seu renovationis spiritus datur; ut quando de hoc negotio agitur, seu quoties nteloris vita consilia suscipiuntur, non ita spectet ut alio proficiamur, quam ut alia via redeamus ad idem officium nostrum; Non aliud medicemur agendum, sed aliter; Non aliter in re & substantia, sed aliud in fine & modo. Quæ Veritas quia est valde practica & opportuna, idcirco præcipua est consideratione digna. Sic autem aperte declaratur, Ibi sunt figura melioris vita consilia, ubi magis deficitus: hoc primum expendendum, sive ille deficitus vitiatus sit, sive imperfectio, aut perfectionis aliqua tantum privatio, si quid à nobis desideratur, si quid nimis aut minus fiat, si quid deniq; corrigendum & emendandum; nonnè in id præcipue incumbit negotium. Emendationis aut Renovationis vita? Nonnè hinc illi Prophetarum questus, & lamenta, *Vulnus & levator & plaga timens non est circumdata nec curata medicamine, neq; foras oleo. QVARE non est obducta cicatrix filii populi mei?* QOD infirmum Ezech. 34. fuit non consolidatus; & quod contractum est, non alligatum: quod abjectum est, non reduxisti. quid dicenter in defectibus emendandis erat posita tota vita emendatio.

Is. 1.

Ier. 8.

Ezech. 34.

Apoc. 2.

G. 3.

L. 1. c. 19.

G. 25.

Sic in Apocalypsi Christus Dominus suos illos Angelos seu viros Angelicos & Pastores, in quibus potissimum deficiant, severè admonet & arguit. Sic denique author libri de Imitatione Christi, Semper aliquid certi proponendum est, & contra illa præcipue quia amplius nos impediunt. Et alibi, Duo specialiter ad magnam emendationem juvante, videlicet subrahere se violenter ad quod natura vitiis inclinatur. & ferventer instare pro bono quo amplius quia indiget. Res est seria, res latitudo, res æternitatis; Itanè apprehendis?

II. PUNCTUM.

SED ordinariè magia deficiunt in modo & fine agendi, quam in substantia rerum agendarum. Institue aliquod tui examen. Vide vias tuas scito quid feceris, ait Propheta. A mane ad vesperam. A prima dici actione ad postremam, ubinā defici? in quo delinquis præcipue? Non deseris orationem, sed modum rite orandi? Non omittis divinum officium, sed attentionem & devotionem. Missam quotidie celebras, & satis crebro frequentas Pœnitentia Sacramentum; sed quoniam modo? Sic in studio, in mensa, in relaxatione animi, in conversatione, & officio particulari, si quid peccas, nonnè vel quia in his te ipsum queris, tibi plus nimio complaces, nimis effundaris

Ier. 2.

& dissiparis, non satis religiosè te contines? qui sunt omnes defectus circa modum & finem; nec tamen propterea contemni eди quasi leves & modici, cum ex fine præcipue judicium feratur de aetibus. Unde illa Domini celebris sententia; *Luc. II. cerna corpora tua est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebra sum erit.* *QVI A,* inquit S. Gregorius, *cum perver/a intentione quid vel rectum agitur, et si splendore coram 28. Mon. hominibus cernitur, apud examenam Interni Iudicij obscuratur.* Huic te liste examini, & app. Ec-
sus in statu, Vide num sis minus habens, mi-
nus rectæ intentionis, & minus perfecti operis. Horrendum nequè illud est quod ait Dominus per Prophetam: *Scritabor Ierusalem in Lucernia Dan. 5.* & visitabo super viros deficos in facibus suis, qui Sophon. I. dicunt in cordibus suis: *Non faciet bene Dominus, & non faciet male?* Id est, qui sibi singunt nihil boni aut mali esse coram Deo in illis suis actionibus, quas ex naturali genio potius faciunt quam spirituali motu.

III. PUNCTUM,

NON ergo aliud, sed aliter. Non tam aliud in Nre & substantia quo d'facias, ex cogitandum tibi est, quām in modo & fine, ut emendas quod male & perperam facis. Nam idem tibi, ut supra dictum est, meditandi & orandi exercitum reddit quotidie; idem officii persolvendi munus, idem pene studium, eademque tecum particulatum, & cum aliis opera quotidiana, quæ nec murare, nec augere, nec decutire forsitan convenit, quam finem & modum adhibere, quibus perfecte magis & integrè digerantur. Ibi ergo curatio sit ubi vulnus, & ibi restauratio ubi jactura. *Scrumptum viae nostras, & revertamur ad Dominum.* *Iustè Thren. 3. quod iustum est persequeris,* ait Dominus. Et iterum, *Qui enim custodierint iustia iustè, justificabuntur.* Id est, qui debito fine & modo. Sic Apostolus, *hoc unum in se & aliis promovebat: Imitatores mei efflete fratres, & observate eos qui ita ambulanti, sicut habet formam nostram. Rursum que alii, Rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu, ut quemadmodum accepistis à nobis, quomodo vos oporteat ambulare, & placere Deo, sic & ambulet, ut abundetis magis.* Delcende ad singula, quemadmodum acceperis, quomodo te oporteat meditari, orare, conversari & vivere. Memor esto unde excideru. In mente habe qualiter acciperi & audieris, & serva, & pœnitentiam age. *1. Thess. 4. Apoc. 2. & 3.*

Vide Verbo Rano vasio. *Emendatio.*

DIE

DIE VIII. IANVARII, NISI SIT DOMINICA.

DE PRÆSENTATIONE PUERI JESU, IN TEMPLO:

ET DE PURIFICATIONE VIRGINIS MATRIS.

Possunt quād impletū sunt dies purgationis eius, secundum Legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem, ut sisserent eum Domino. LUC. 2o.

VERITAS PRACTICA.

Non quid licet, sed quid magis expediat.

SENSVS EST. Quod cūm multa licent, quæ non expediunt, tunc in eorum electione, magis attendendum quid expediat, quād quid licet; seu quod idem est, Non ita est attendendum quid licet, quād quid expediat.

RATIO EST. Quād quando aliqua licent ex uno capite? & non licent ex alio, tunc potius attendendum est caput ex quo non licent, quād aliud ex quo licent.

Sed quando non expediunt, perinde est ac si ex hoc capite non licent, tamecum ex alio licent.

Ergo tunc potius attendendum non quid licet, sed quid magis expediat; Exempli sanctissime Virginis Matri, quod tamen pauci reficiunt ad imitandum.

L F U N C T U M.

Exod. 13, Levit. 12. **I**UDÆA Mulier si suscepto semine masculum peperisset, duplice lege tenebatur se susterre Jerosolymis, quadragesimo à parte die: altera quā se purificaret, altera quā filium Deo tunc offerret. Neutrā vero lege Beatissima Virgo parens obligabatur tum quia Mater erat Virgo, quæ non suscepto semine pepererat, tum quia Filius erat ipse Legislator, & Deo Patri oblatus antequam natus. Utique tamen legi obediere voluit, non quid liceret, sed quid magis expediret attendens. Id enim ita expidebat, non modō ratione Filij qui venerat non legem solvere sed adimplere; verū & consideratione ipsius Matris, quæ multa & luculenta in hoc bono opere, virtutum exempla, cogitatione & imitacione colenda nobis reliquit.

Qualis quantaquæ Humilitas, sic apparere purificandam quasi unan ex immundis mulier-

tibus! Qualis amor Puritatis, sic velle amplius, quantum id fieri posset, purificari! Qualis Religio & Devotio, in offerendo Filio pro salute totius humani generis? Quale Paupertatis studium in pullis columbarum sumit oblatis, quæ erat expressa nota pauperum? Qualis denique Obedientia perfectio, seu perfectionis integritas, nulla re velle prorsus decesse officio, ubi tamen nullum erat officij debitum! Admirare, congaude, & illos imprimis affectus exprime, qui Veritati propositæ ad imitandum magis erunt conformes. Est enim utilissima Veritas & in praxim frequentissima. Ut non quid nō licet in multis que occurunt, sed quid magis expediat, attendamus.

Et quidem Ratio posset duci à consideratione maioris boni propter quod multa non expediunt, quæ aliquoquin licent; quo uno motivo non est dubium quin sanctissima Virgo Mater movesetur; sed quia pauci sic intuentur majus illud & perfectius bonum ad quod ex præcepto non tenentur, visum est potius Rationem petere à malo quod incurritur, nisi Veritas observetur.

Sic autem procedit Ratio: Quando aliqua licent ex uno capite, quæ non licet ex alio, tunc potius attendendum est caput ex quo non licent, quād aliud ex quo licent. Nam ut supra consideratum est, bonum quidem omitti potest, malum autem nunquam committit. Unde si quid ex se suauè natura vel specie, licitum & indifferens, aut etiam bonum est, ut oratio, jejunium, mortificatio corporalis, aut quid simile: si tamen ex alio capite vitietur aliquā peccati notā, ut quod vetetur à superiore, vel quod graviter offendat sanitatem; vel quod manifeste maius impedit bonum: Nonnē tunc omittendum esset istud opus, licet ex se licitum, licet bonum? Nonnē tunc potius standum illud esset caput ex quo malum est, quia vetitum & non licet, quam aliud ex quo licet? Sic fuit sanctus Bernardus

Die 2. Ian.

P. 3. nardus

Serm 7. in
Cant.
nardus in' propriam voluntatem. Grande malum
propria voluntas quā sit us bona tua, tibi bona non
sint; Expende accuratius quā id verum, & tibi
proprium.

II. PUNCTUM.

SED quando res non expediunt, perinde est ex
hoc capite ac si non literent, et si ex alio licent.

De his enim rebus hic agitur quae ita licent &
non expediunt, ut ex qua parte non expediunt,
non licent, quia nemp̄ sine notabili detrimento
proprio, vel scandalo proximi, aut aliquo simili
damno non possint fieri.

Tale est Sacerdoti vel Religioso tractare ali-
quid sacerdotaliter liberius. Tale & uni Religioso vel
sacerdotali aliquid quod non alteri conveniret, pro-
pter diversam conditionem, vel temperamen-
tum naturale, vel aliquam aliam circumstan-
Ecclesi. 37.

30. Mor.
36.

tiam: Unde Sapientis sapientissime: Fili in vita
sua tenta animam tuam, & si fuerit nequam, non
des illi potestatem: Non enim omnibus omnia ex-
pediunt & non omni anima omne genus placet.
SAEPE alia officia, que alijs prostant, inquit
sanctus Gregorius, nam & plerumque herba qua
hac animalia reficiunt, alia occidunt, & levius
sibilis equos misigat, catulos instigat & medica-
mentum quod hunc morbum imminuit, alteri vi-
res jungit: & panu qui vitam fortium voborat, pa-
vulorum necat. Hinc divinum illud, Noce teip-
sum; Et aptè Supiens; Vbi non est scientia anima,
non est bonum. Habetne hanc scientiam? Nostri ne
te ipsum; quid noceat, vel quid magis prōsit ad
salutem?

Prov. 19.

III. PUNCTUM.

I. Cor. 10.

ERGO tunc potius attendendum, non quid licet,
sed quid magis expediat; Quia cūm non licet
ex qua parte non expedit, hoc est spectandum
potius quod non licet, quam quod expediat. **Omnia**
mihi licent, inquit Apostolus, sed non omnia ex-
pediunt. Atquē iterum in eadem Epistola; **Omnia**
mihi licent, sed non omnia expediant; omnia
mihi licent, sed non omnia edificant. Ex quibus
doci & verbis. Veritas nostra valde confirma-
tur. Nam ibi quæstio erat de litibus non agitan-
dis à Christiano apud infideles, & de Idolothy-
sis non manducandis: quæ duo per se erant li-
cita, sed non erant edificationis, immo scandalū
& offendit, ac proinde non expediabant: &
sic considerata, erant velut mala & illicita, acc-

minus fugienda, quam si per se mala fuissent. Un-
dē idem Apostolus. **Noli propter escam destruere Rom. 14.**
opus Dei: omnia quidem sunt munda. sed malum
est illi qui per offendiculum manducat. Idemque
alibi; **Sic peccantes in fratres, & persecutientes con-**
scientiam eorum infirmam, in Christum peccati.
Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non i. Cor. 8,
manducabo carnem in eternum, ne fratrem meum
scandalizem.

Sic planè tibi dicendum de his omnibus quæ
quotidianā experientia potes observare tibi non
expedire, tametsi licent; **Non quid Liceat, sed Hebr. 13.**
quid magis expediat, attendendum. Hoc enim
non expedit vobis, inquit Apostolus, hoc unum
affert quo illis persuadeat quod persuadendum
proponit. Sic Christo Domino quanta licebant
in vita Iphs, si his uti voluisset? Sed quia non
expediebat tibi, ut aliter viveret, idcirco sic vitam
instituit, siveque à se institutæ vitæ rationem hanc
reddit. **Quia si sibi expedit.** Quare ab eo cur ita
natus, cur circumcisus, cur fugatus in Agyptum,
cur ita mortuus, cur denique in coelum **Ioan. 16.**
rediit, expedit, inquit, vobis, ut ego vadam.
Non quid liceat, sed quid magis expediat, hoc
attendo. Tu vero quid dicas nē abstineas licitis,
nē te tuis privis commodis, aut nē arctius quam
velles, te constringas? Quid excusas? Quid ob-
jicis? Non est inquis, culpa lethifera, non est
obligatio, **Sit fortitudo nostra, lex Iustitiae, quid-**
quid possimus circa gravem culpam. hoc de-
mum liceat, & quicquid licet, hoc intrepide
audeamus. O vocem effrenatæ licentiae! Quā
rectè dictum à Prophetā: Declinantes in obliga-
tiones adducet Dominus cum operantibus iniqui-
tatem? Si tantum respicias quod ex præcepto te
obligat, si non quid expediat, sed quid tibi li-
ceat in agendo spectas, non eris immunis à pec-
cato, non eris innocens illa licentia; aut illa ci-
tō peribit innocentia. Nequè enim tenetur ipse
Deus tibi conferre Gratias quibus abuteris, &
quibus privatus corruies. **Quasi liberi & non**
quasi velamen habentes malitia, libes-
ratem; sed sicut servi Dei.

Vide in festo Purificationis Beatae Virginis.

I. Petr. 2.

DIE



DIE IX. JANVARII.

NISI SIT DOMINICA.

DE OCCURSV SIMEONIS

IN TEMPLO: ET DE IIS QUÆ VENTURA
CHRISTO AC VIRGINI MATRI
PRÆDIXIT.

*Ecce positus est Hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël,
& in signum cui contradicetur, & tuam ipsius animam pertransibit
gladius. Luc. 2.*

VERITAS PRACTICA.

In pace amaritudo: & pax in amaritudine.

SENSUS EST. Quod sicut in pace & tranquillitate nostra, debet esse aliqua cordis amaritudo; Sic in cordu amaritudine, pax & tranquillitas insinuata sunt; Neutra ex his separatis, sed utraque simul conjundimur.

RATIO EST. Quia idcirco in pace debet esse amaritudo aliqua, ne aliqui in pura pax animam obruantur.

Sed nisi pax esset in amaritudine, sola etiam amaritudo animum absorberet.

Ergo & in pace amaritudo, & pax in amaritudine.

I. PUNCTUM.

Eccè homo erat in Ierusalem cui nomen Simeon, & homo iste justus & timoratus. Vnde quia plura habentur de eo, in textu, & ex singulis deinceps aliquid ad profectionem. Tum vero præcipue ex iis quæ predicit ventura Christo Domino, & Virginis Matri. Mirum enim quanta indè in pace amaritudo fuerit, & quanta pax in amaritudine. Quam tranquilla & quam iucunda pax esset in animo Virginis a nato Filio, ab auditis Angelis, à visitis Magis, & ab ipso etiam benedicente Simeone, quis ignorat? An quanta mox fuerit amaritudo in hac pace, cum audivit positum Filium in ruinam multorum, & in signum cui contradiceretur, suamque ipsius animam pertransitum gladium, quis non videret? Sic itaque simile deinceps conjuncta fuerunt in corde beatissime Virginis pax & amaritudo, ut nulla pace frueretur nisi amara, nec ulla etiam amaritudine affligeretur ipsi pacifica & tranquill-

ia, cum illa esset Sapientia, Quia in omnibus regnium quas fecit, & in hereditate Domini morata Ecclesi 24. est.

Nos in utroque peccamus ordinari, & nimis puram pacem appetimus, & nimia tabescimus amaritudine. Utrumque scorsum malum, utrumque conjunctum bonum: Et sicut in pace amaritudo aliqua insit necessitate, sic pax in amaritudine.

Ratio utriusque est eadem, & valde consideranda: Quia videlicet quando sola pax & tranquillitas animam possidet, animum dissoluit quodammodo, dissipat, & ita disperdit, ut sanctiores quique sibi vel maximè timeant ab illa paec. Non solum temporalia latitia, sed & spiritualia, inquit S. Hieronymus, est tentatio possiden-
ti, ita ut indigem aliquando Angelo corripientem, & Angelo Satana qui me colaphizet, unde & Salomon ait, divitias & mendicitatem ne dederis mihi. Sic Monitor, inquit idem S. Doctor, Paulo datu*eis* ad prementiam superbiam, ut in curru triumphali, triumphanti datur Monitor suggestor, hominem te esse memento. Sic sanctus Augustinus:

*Magna virtutis est cum felicitate luculari, magna felicitas à felicitate non vincit. Cui conformiter S. Bernardus, Magnus cui præiens felicitas si ar- 3. de conf-
risit, non irrisit. Unde & sanctus Ambrosius:*

*Datus delicia & gaudium nostru ponit modum, ne super alium effationem obruant. Idemque no- De Cain-
tat datum esse filio & prodigo annulum in ma- & Abel
nu quasi signaculum, quo cordu interiora signaren-
tur, ne in tanta laetitia se se nimis effunderet; Vi-
de libri tertij de Imitatione Christi caput vigesimum quintum, ubi hæc in: er alia, Pax tua in
multa patientia; non astimes te varam pacem in-
venisse, si nullam senseris gravitatem. O quam
multi falluntur dicentes, pax pax, cum non esset Iher. 8.
pax.*

INCIPIT



II. PUNCTUM.

SED nisi pax esset in amaritudine, sola etiam a-
maritudo animum absorberet.

Sic expressè Apostolus? Ne forte abundantio-
ri tristitia absorbeat qui eismodi est. Quod
quidem non tantum est perniciolum corpori, ne-
offendatur nimia tristitia, Quae exsiccat ossa, &
scut timea vestimento, & vermu ligno, ita nocet
cordi; Sed & animo maximè officit, qui nimia
intabescit amaritudine, & suis quodammodo
destituitur facultatibus, unde Sapiens, Non est
sensus ubi est amaritudo, scilicet nimia. Imo &
ipso animæ ad salutem & perfectionem valde ad-
versatur, quia sic magis patet temptationibus, dis-
fidit Deo, languit virtute, sibi gravis, onerosa
est aliis, propè in desperationem agitur; in quo-
dam denique peccatorum inferno detinetur. Sic
sanctus Augustinus interpretatur illud quod Ja-
cob dicit ad filios suos, Deducatis senectuem
meam cum tristitia ad inferos. Videtur, inquit,
hoc magis timuisse, ne nimia tristitia sic perturba-
tor, ut non ad requiem beatorum iret, sed ad in-
feros peccatorum. Neq; enim parvum anima malum
est tristitia, cum etiam Apostolus cùdā tam sa-
luite timere ne maiore tristitia absorberetur. At-
que idem denique Apostolus, post commen-
datam pacem, Nequa inquit, radix amaritudi-
ni sursum ger minans impedit, & per illam in-
quinentur multi. Vide si quantum inde aliquan-
do fuctis inquinatus?

Prov. 17.
& 25.
Eccles. 21.

Lib. 12. de
Gra. ad
lit. 6. 33.

Hebr. 12.

III. PUNCTUM.

In partitur amaritudo, & pax in amaritudi-
ne; Ne nimia pax efficeret, aut nimia amaritu-
do nimis deprimat; omni custodia conserva cor-
tu, ait Sapiens, Ne declines ad dexteram neq; Prov. A.
ad sinistram, averse pedem tuum à malo; Vias enim
qua à dextera sunt, novit Dominus; per versa vero
sunt qua à sinistra sunt. Ipse autem rectos faciet
cursus tuos, itineria autem tua in pace producit. Ip-
se est qui ut ait Job, ut quæ interpretatur sanctus Iob. 28.
Gregorius, Sic facit veniu pondus, & aquas ap- lib. 19. c.
pendit in mensura. Ipse est qd, ut habet sacram 5. 6.
proverbium, Risum dolore miscet, & extrema
gaudij luctu occupat. Ipse est denique qui nos fa-
ciit quasi tristes, semper autem gaudentes. Vide er-
go ne te illi opponas, ne si purè bona & tranquil- 2. Cor. 6.
la vis habere omnia: dicatur tibi, Fili recordare
quis recipisti bona in vita tua; aut si mala, sine
pace & patientia recipias, tu cum illis gemas qui Luc. 15.
dicunt, Lassatus sumus in via iniiquitatu, & am- Sap. 5.
bulavimus vias difficiles: viam autem Domini
ignoravimus. In praxi Veritatis propositæ, via Luc. 9. &
est Domini, qui in monte Thabor dum abun- 22.
dat Lætitia, de passione loquitur: Et in monte
Calvariae dum saturatur opprobriis, & doloribus
immergitur, de paradyso cogitat & sermocina-
tur. Vade & tu fac similiter.

Vide Dominicam secundam Quadragesimæ,
& libri tertij de Imitatione Christi, cap. septimū.

DIE X. JANVARII.

DE FUGA SANCTI JOSEPH
IN AEGYPTUM.

*Surge, & accipe Puerum & Matrem eius, & fuge in Aegy-
ptum. Luc. 2.*

VERITAS PRACTICA.

Non contristabit Justum, quidquid ei acciderit.

Prov. 12.

RATIO EST, Quia nihil sibi accidere iustus
putat, nisi Deo volente.

Sed quidquid Deo volente accedit, non contrista-
bit iustum.

Ergo nec quidquid ei acciderit. Et tamen tam mul-
ta te contristant.

I. PUNCTUM.

PRATICIS de more omnibus quæ specta-
bant ad Legem purificationis, reversi sunt
in Galileam, in civitatem suam Nazareth.

Luc. 2.

Ita expressè sanctus Lucas. Tunc vero vix unum
aut alterum diem exegerant, Cum eccl. Angelus
Domini apparuit in somni Ioseph, dicens, surge &
accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegy-
ptum. & esto ibi usq; dum dicam tibi: fu-
giremus est enim ut Herodes querat puerum ad per-
dendum eum. Qui consurgens accepit puerum, &
matrem eius nocte, & recessit in Aegyptum. Sic Matth. 2.
disertis & paucis quidem verbis sanctus Mat-
thæus, sed quibus magna latent mysteria, & mul-
tâ consideratione dignissima. Qualis namque
hæc agendi ratio, & quam stupenda Dei Provi-
dencia!



Prov. 24. dentia erga tres illas personas, quas habebat in mundo carissimas? Nonne Deo suaviores erant viæ servandi Filii? Nonne ille est qui in manus sua eos Regum tenet? Nonne eis Herodis immutare poterat, aut aliorum detorquere? Nonne Civitatem Nazareth, aut Josephi domum, aut selectam illam familiam ab omni tumultu injurya conservare? Nonne invisiibilem redere? aut inaccessum, aut terribilem, aut fulminatricem? Quid denique non poterat Omnipotens? Et ecce quasi nihil posset, procul amandatur universa familia; protinus fugit, & fugit in Ægyptum.

At saltem præfō sint currus, præstō equites, ipsiquè non defint Angeli, qui fugientes vehant aut portent; saltem expectetur clara dies, vel nocte inclarescat illustrandæ quantum est satis, tenebrovæ via; saltem justa concedatur mora comparando viatico, compoendæ superlectili, salvandis vicinis, ac tam longo molestoq; itineri præparando. Nihil horum; sed illo ipso momento consurgens Joseph accipit puerum & matrem ejus, domum deserit, dat se itineri, unam Ægyptum cogitat.

O Judicia Dei, vere abyssus multa! quis crederet hos tres exules familiam Dei esse! vel quis crederet, sic Deum regere familiam suam! Sed erigere anima mea, erigere altius quam sanitum humana omnia. Cernenti quidem illos oculis carnis, ut sunt omni humana ope destituti, nihil videri possit miserius; sed attenta mente consideranti qua promptitudine obediunt, qua modestia incedunt, quo silentio, qua quiete, qua tranquillitate, & quibus canticis Deum laudant, nihil videri debet sublimius.

Sic itaque illos attenit considera, ut videas ad imitationem & praxim, quam verè Sapiens dixerit. Non contristabit Iustum quidquid ei acciderit, Nempe nihil sibi accidere putat Justus, nisi Deo volente, aut permittente, qui idcirco expresse dicit, Ego Dominus & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: Ego Dominus faciens hac omnia. Qui & queritur & minatur, si quis aliter sentiat; Quis est iste qui dixit, aut heret Domino non jubente? Ex ore Altissimi non egredientur nec bona, nec mala? Quasi dicaret, quis est iste ignatus, quis iste temerarius, quis iste blasphemus in divinam Prudentiam, qui dubitet non aque eam procreare mala atque bona: Adeo non ille justus est qui de hoc dubitet, ut tanquam injustissimus & iniustissimus sit puniendus.

Hayne fuit Pars prima.

Eccete is erat inter alios, error amicorum Job, qui putabant alienum à Deo esse, punire bonos & innocentes, contra quos Dominus unū eorum loquens, Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non es tu locuti coram me rectum, si ut servus meus Isb. Quid clarius? quid expressius? Credisne Angelum nunciasse Josepho fugam, aut ihum nuncium non nisi à Deo esse? Cur non æquè credes, alia sic à Deo proveniente mala, cum id æquè scriptura testetur?

I. PUNCTUM.

SED quidquid à Deo volente accidit, non contristabit Iustum.

Aut certè justus non erit, si inordinatè contristetur. Nam sicut nihil justius quam Deo volenti & jubenti parere & subjici, sic nihil injustius quam velle se, suamque voluntatem præferri divinæ. O homo tu quia est, qui respondas Deo? Vel enim judicas illud quod accedit in justè, à Deo accidisse, vel justè si injustè, injustus & iniquus ipse es, qui Deo injustiam imputare ausis. Nunquid iniquus est Deus qui infert iram, inquit Apostolus, absit, aliquis quomodo judicabit Deus hunc mundum? Quod si id justè putas factum, nec aliter nisi justè & sanctè posse Deum aliquid facere credis, sicut ait Deo Sapiens, Cum sis justus, iuste omnia disponis; Nonne etiam tu injustus es, si contristecis & doleas de eo quod tu ipse iustum & justè factum putas? Sic egregie S. Gregorius in hac verba Job. Sicut Domine placuit ita factum est, L. 2 Mor. CV Menim in hac vita, ea que nolumus patimur necesse est ut ad Eum qui in justum velle nihil possit, studia voluntatis nostra inclinemus. Magna quippe consolatio in eo quod d' splicet, quod illo ordinante erga nos agitur, cui non nisi justum placet. Si igitur justa Deo placere scimus: pati autem nulla nisi que Domino placuerunt, possumus: justa sunt que patimur; & valde injustum est si de justa passione murmuramus.

Hoc est ita certum ut ab impissimo mortali- um, nempe Antiocho Rege, voluerit Deus publica confessione declaratum, ne ut deinceps au- deret aliquis id negare, quod tam nefarius pro- protulisset, ipsa veritate convictus, Iustum est, 2. Mach. 9, inquit ille, subditum esse Deo.

II. PUNCTUM.

NON contristabit ergo Iustum, quicquid ei acciderit; Cum nihil nisi Deo volente, sibi quidquam putet accidere, & quidquid à Deo accedit, tam justum putet, ut justè de eo contristari

Q

no

Pf. 118.

Apoc. 16.

Sap. 5.

Judith. 8.

non possit. *Iustus* es Dominus, & redum iudicium tuum. ETIAM Dominus Deus omnipotens, uera & justa iudicia tua, cum vel destrudit animas in infernum, non possunt incusare Dei Justitiam, sed omnes coguntur dicere, In malignitate nostra consumptis sumus. Quantò magis iustus & bonus est cum te hic punit, ne in æternum puniaris: Non ulciscamur nos pro hia que patimur, inquietabat fortissima Judith, sed reputantes peccatum nostrum, hac ipsa supplicia minorâ esse flagella Domini, quibus quisque servi corripitur, ad emendationem & non ad perditionem nostram, evenisse credamus. Observa illud quo utitur, verbum, non ulciscamur. Est enim quoddam ultiōnis & vindictæ genus in Deum, cum nimis contristati contrariis eventibus rationes prætendimus nostræ tristitiaæ & afflictionis, quasi vellemus illum arguere aut nos

ita justificare, quasi hoc immerito pateremus quod patimur, hoc est ut illa ipsa Judith admonebat, *improperium murmurationu sua contra Dominum proferre*; Unde & ipse Dominus, Nunc quid irritum, inquit, facies iudicium meum: & condemnabu me ut tu iustificor? Vides quam id sit injustum & impium! sed vide sine quoties hanc imperiatem admiseris? Ingenuce, & deinceps illud Davidicum in adversis habeto familiare, *Obmutui & non aperui ostneum quoniam tu fecisti*. Et in illatis injuriis, Dominus præcepit ut malediceret, & qui est qui audiat dicere, quare si fecerit?

Vide Feriam 2: infra Hebdomadam sextam post Epiphiam: Ferias Quadragesimæ, & præsertim Passionis, ac Verbo *Adversitas*.

Iob. 40.

Pf. 38.

2. Reg. 16.

DIE XI. IANVARII.

DE REDITV AB ÆGYPTO IN NAZARETH.

Surge, & accipe Puerum, & Matrem eius, & vade in terram Israel: Defuncti sunt enim qui quarebant animam pueri. Math. 4.

VERITAS PRACTICA.

Meliore rerum statu non magis gaudet *Iustus*, quam deteriore doluit,

RATIO EST Quia idecirò deteriore statu non doluit *Iustus*, quod in illo magis spœdaret diuinam voluntatem, quam suum particulare commendum vel incommodum.

Sed in meliore statu sic *Iustus* magis Deum considerat, quam seipsum.

Tum ergo non magis gaudet quam ante doluit. Quod perfecta Indifferencia est, à paucis cognita

I. PUNCTUM.

JAM de sancto Josepho secedente in Ægyptum, dixerat Evangelista: *Eterat ibi usque ad obitum Herodii.* Tum vero paulò post, *Defuncto*, inquit, *Herode, Ecce Angelus Domini apparuit in somni Iosephi in Ægypto, dicens, Surge & accipe Puerum & Matrem eius, & vade in terram Israel.* Ac denique, hanc subiungit rationem, *Defuncti sunt enim qui quarebant animam pueri.* Cur sic toties sit mentio de Herodis obitu? Nempe ut advertas diligentius, sic divinâ Patris æterni providentiam suaviter & tempera-

tè omnia disponentem, ut non prius Filium ab Ægypto revocaverit, quam defunctus ille fuerit cuius causa Filius in Ægyptum secesserat; neque prius illum defungi voluerit, quam naturalis viæ cursus exigeret. O rem planè miram! Ecce nec pro Filio suo carissimo vices rerum aut ordinem mutat Deus: & tu sàpè velles tui causa perverti omnia! Confundere ad hanc perversitatem animi tui, & cum Davide dicio: *Dixi, Deus meus es Tu, in manibus tuis fortes mea,*

Monitus ergo Joseph ab Angelo, statim accipit Puerum & Matrem, & venit in terram Israel,

iterumque admonitus secessit in partes Galilææ, & habitavit in Civitate Nazareth. Quanti putes cum gaudio, quantaque communi Trium lætitia? Ceteri non videunt alienum à pietate & Justitia, si cogiteur Sanctos hos Exules tantisper recreatos fuisse; vel cum primùm auditus est repetendæ patriæ nuncius, vel cum feliciter cōsiderarent, ubi meliusculè Pueru Jesu futurum esset. Cave tamen putes, tum eis accidisse quod sentis in meliore rerum statu; cave putes exultaverint inordinato gaudio, gestuerint insolita quadā latitia, aut sermones longos de re sua misseuerint. Sunt hæc solita scilicet humanæ levitatis probra; sed viri *Iustus & fortis*, sui semper similis

Pf. 30.

sic ut



Acut adversis non frangitur, sic neque prosperis emollitur. Sua secum sic portat omnia, ut nulla rerum mutatione muretur, nec tristiorum illum aut laetiorum videat ulla dies; quæ si de paganis dicuntur, quantum magis de Christianis, quanto verius de his dici debet. Meliore rerum statu non magis gaudet Iustus, quam deteriorie doluit?

Hoc tibi modò est expendendum ad praxim; Et Ratio quidem est facilis ad intelligentiam, sed praxis non ita expedita, quam obrem non leviter insistendum in eo quod ponit fundamento: Unam Dei Voluntatem spectat Justum, haec unam esse causam, cur in deteriorie rerum statu non dolatur, quia videlicet magis spectat divinam ordinacionem, quam suum priuatum commodum aut incommodum. Hoc omni jure exigitur, hoc Justitia & equitas imperant, & hoc recta ratio, ne dicam fides, religio & pietas stetuit; ut quæcum Deus infinitè supra nos est, sic diuinæ Voluntati nostram modis omnibus subjiciamus. Nam si Justitia est suum cuique reddere, cum id maxime repetit: cur non se suaque Justus redderet Deo repetenti, cuius le totum quod est esse agnoscit; aut nisi se ei redderet, vel nisi se eius esse agnosceret, quomodo justus esset? Hinc si ut palma iustus floret, quia, ut notat S. Gregorius, habet hoc mirum præcateru arboribus palma ut cum vix terra hereat, rotagus in cælum se extendat, nullo pondere premitur, sed magis pressa exaltatur. Sic planè Justus non humanis & terrenis innexus rationibus, sed divinis, nullo adversitatum pondere flectitur sed potius induratur. Sic de Justo Tobia dicitur, Non est contristatus contra Deum, quod plaga cæcitatū evenerit ei, sed immobili in Dei timore permanuit, agens gratias Deo, omnibus diebus vita sua. Itane tu?

Pf. 91.
Lio. 19.
Moral. 6.25
26.

Tob. 2.

II. PUNCTUM.

SED in meliore rerum statu sit Iustus Deum magis considerat quam seipsum.

Nam cum melior ille status sit æquè à Deo atque deterior, cur non in illo Deum, Iustus æquè spectet ac in isto? Nonne id æquè Justitia postulat, quæ est constans & perpetua voluntas reddendi quod cuique suum est? An non minus se Dei esse cognoscit Justus, cum melius à Deo sibi est, quam cum deterior? Imo nonne suum magis benefactorem tum agnoscat, quando se magis ipse Benefactor suis beneficiis agnoscendum facit? Quid à Justitia magis alienum, quam ei minus reddere cui plus debcas; aut

quam se minus ei reddere cui te totum magis debcas?

Nonne hoc est quo ingratitudo notatur, & quod ingratis Deus exprobrat, In crassatu est dilectus & recalcitravit; in crassatu, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum Factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. An velles hoc tibi objici? an te vere justum crederes, si tibi hoc vere objiceretur? Multus est in his Dominus, quo injustitiam & impietatem nostram nobis representet. Egoplantavi te vineam electam, omne semen verum; quomodo ergo converfa es mihi in pravum, vinea aliena? Id quidem sit naturaliter, ut nos magis quam Deum amemus, ut magis dona quam donantem spectemus: sed naturam Ratio & Fides corrigit, aut nisi corrigit, natura valde prava dicenda est. Radix tua, & generatio tua Ezech. 16. de terra Chanaan. Vide caput integrum Prophætæ valde aptum his fusus declarandis.

III. PUNCTUM.

MELIORE igitur rerum statu non magis gaudet Iustus, quam deteriorie doluit; Quia si in deteriorie non doluit, ne à Deo recederet, quem spectare debebat in adversis: non debet meliore gaudere, ne inani hoc gaudio, se potius spectet quam Deum, sequi ab eo disingat, cui non minus tamen adhætere patet, in prosperis, quam in adversis. Pondus æquum voluntas Domini, ait Sapiens. Id est, Dominus vult ut æque ponderes quidquid ab eo accidit, & ut que uno magis gaudeas aut contristeras quam alio; Vel sic aptius, Quidquid vult Dominus debet nobis æquum pondus esse, ut non magis in unum propendeamus quam in alterum, sed unam in omnibus spectemus ejus voluntatem. Quo etiam referri potest quod idem Sapiens eodem Proverbiorum libro: Pondus & statuta iudicia Domini sunt. Id est, quidquid de nobis Deus statuit, sive id prosperum, sive adversum sit, sic utrumque in pondere & mensura nobis est ordinatum, ut nobis etiam excedere vel deficere non liceat, in illis acceptandis.

Non omne quidem gaudium in prosperis, sicut nec omnis lens doloris in adversitate prohibetur, sed utrumque Iustus affectum sic temperat & conformat Diuinæ Voluntati, ut non magis gaudeat aut contristetur quam velit Deus; imo nec gaudeat nec contristetur, nisi quia Deus sic eum vult gaudere aut contristari. Sic enim mæstiu rebus quadam sapientia permisit, ut

Q. 2

obj.



*Hom. 3. in
Massib.*

observat sanctus Joannes Chrysostomus, Neque sicut tribulationes, neque iucunditates sinit habere continuas, sed tum de adversis, tum ex prosperis, justorum vitam quasi admirabili varietate contexit. Quod deinde probat in persona sancti Josephi, & tum hic, tum alios docet, quod licet status Justorum mutaretur, non tamen Justi mutantur: aut certè si mutari videntur, non tamen alii sunt animo, sed sensu quodam duntaxat gaudij & tristitiae, qui nihil eorum animum tangat, neque vultum ipsum afficiat; ut de unoquoque

corum dici possit, quod de Anna matre Samue-
lis, *Vultus illius non fuit amplius in diversa mu-* 1. Reg. 1.
tati; aut sicut de Davide, Sic est Dominus meus 2. Reg. 14.
Rex sicut Angelus Domini, ut nec benedictione, nec
maledictione moveatur. Tantò minus es justus
quantum ab hoc distas statu. Inquit quantum,
neque celles, Donec implearū agnitionis voluntatis
Dei, nullus ut superfit locus alii rationibus &
affectibus.

Coloſſ. 1.
Vide in Indice Verbo *Indifferentia, Resigna-*
tiō.

DIE XII. IANVARII.

DE TRIDVANA COMMORATIONE PVERI JESU DUODENNIS IN TEMPLO.

*Remansit Puer Iesus in Ierusalem, & non cognoverunt
parentes eius. Luc. 2.*

VERITAS PRACTICA.

Sensitivæ devotionis subtractione, yetæ & solidæ
Devotionis est probatio.

RATIO EST. Quia vera & solida virtus rane est probatio cum necessitas & difficultas simul occurruunt in ejus exercitio. Sed subtractione sensitivæ, tunc necessitas & diff. ultas Devotionis exercenda simul occurruunt. Ergo tunc vera & solida est Devotionis probatio; ac proinde fideliiter exercenda est, exemplo Beatisimorum Parentum Iesu quem à se subtractionem quarunt & inveniunt, in templo Ierosolymitanis.

I. PUNCTUM.

CVM factus esset Iesu annorum duodecim, ascendentibus illi Ierosolymam, secundum consuetudinem diei festi, consummataque diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognoverunt Parentes eius. Videri possunt quo plura referuntur ab Evangelista, & in unoquoque eorum, tantum immorare, quantum devotio retinebit, ac tandem per volutis attentia mente omnibus, sic tecum statues mirabilem hanc pueri Iesu à parentibus insensu separationem, nihil aliud magis innuere quam subtractionem illam Gratia & devotionis sensitibilis, quæ sic nobis interdum ab illo continua-

git, ad probationem vera & solida Devotionis, seu ad experimentum, utrum vera sit an solida nostra devotio. Quod certè maximoperè est considerandum, ut quid tunc factò sit opus, attenè prævideamus.

Hoc itaque primum quod assertur ad propriae Veritatis declarationem, diligenter expende, tunc esse vera & solidæ virtutis cuiuslibet probationem, quando necessitas & difficultas occurruunt in ejus exercitio. Dicitur autem necessitas virtutis exercendæ, quando in contrariis abites virtutum, oppositumque peccatum, nisi virtutem exerceres. Non est enim major necessitas quam non peccare, nam ipsa vita degendæ necessitas illi cedit. *Vna est inevitabilu necessitas, Deum non offendere, inquit S. Joannes Chylostinus, Imo hoc unum necessarium, de quo Christus Dominus, cum in fuga peccati potissimum consistat nostra salus, divinusque cultus.*

At verò cum tantæ necessitati jungitur difficultas exercendæ actu & reipla virtutis, Unde curque tandem difficultas proveniat, tunc maxime dicitur probari virtus, an sit vera & solida, quia tentatur & solicitatur animus ex diversa parte ad virtutem & vitium. Necesse est virtutis excitatur ad ejus exercitium, sed ejusdem difficultate, inde avocatur. *Tribulatio, seu difficultas, inquit Apostolus, patientiam operatur, patientia autem probationē. Quod & S. Jacobus paulò expressius, Omne gaudium existimat fratres mei, Iacob. 1, cum in tentationes varias inciderint, scientes quod*

pro

Judith, 8.
probatio fidei vestra patientia operatur, patientia autem opus perfectum habet, ut sit perfecta & integrata, in nullo deficientes. Id est, sic ostendentes veram & solidam vestram virtutem, cuius probanda causa, permittuntur ceterationes. *Memores sunt*, aiebat suis Judith. *Quia tentati sunt Patres nostri ut probarentur, si vere colerent Deum suum.* Expende illud vere. Nam in eo totus Dei cultus, & tota virtus, cum alioquin nihil nisi superstitionis & species adumbriatae pietatis. Illudque est quod hic queritur, utrum verè an fide, utrum certò an falsò colatur Deus. Quod cum probet & declare difficultas, vide quomodo contra decetes. *Vos metipos tentate si estis in fide,* aiebat Apostolus: si estis in charitate, in patientia & aliis Virtutibus; ipsi vos probate.

2. Cor. 13.

I L P U N C T U M.

SED substrada Devotione sensibili, necessitas & difficultas vera & solida Devotionis, simul occurserunt.

Quæ sit devotio sensibilis, aut quæ ejus substractio, disce ex his sancti Bernardi verbis. Sane ab heri & nudiuscertius, invaserit me languor iste animi & mentis hebetudo, insolita quedam inertia spiritus. Currebam bene, sed ecce lapus offensionis in via, impegi & corruic superbia inventa est in me, Dominus declinavit a servu suo. Hinc ista sterilitas anima mee, & devotionis inopia quam patior. Quomodo ita exaruit cor meum, coagulatum est sicut lac, factum est sicut terra sine aqua, nec compungi ad lachrymas quo, tanta est duritia cordu. Non sapit psalmus, non legere libet, non orare delehat, meditationes solitas non inuenio. Vbi illa inebriatio spiritus? subimentus serenitas & pax & gaudium in Spiritu S. Ideo ad opus manuum piger, ad vigilias somnolentus, ad iram praecipit, ad odium pertinax, lingua & gula indulgentior, segnior, obfuscior, ad prædicationem. Heu omnes montes in circuitu meo visitat Dominus, ad me autem non appropinquat. Quid me aliud putem quam unum de montibus Gelboe, quem preterit in ira & indignatione sua ille ceterorum omnium, benignissimus visiator.

4. Collat. 6.2.1.10. de Acadia. P. 118.
Similia quedam & plura habet Cassianus, ceterique Patres a seici atq; illius versiculi interpres: *Dormitavit anima mea praetatio.* Ex quibus satis patet quanta sit eo tempore necessitas vera & solida devotionis; Nam cum oppositum vitium invaserit penitus animam, & ita quodammodo constructa teneat, ut vix se contra movere

possit; quibus armis, quibus praesidis se tandem a vitio tutabitur, nisi tam certa solidaque sit devotio, ut nullis cedet impugnationibus, & contra potius ex infirmitate fiat robustior?

Quanta sit vero difficultas sic secum decertandi, quis non vide? quis non sentit? Cum ipsi ferventes & sanctiores vix pares sint certaminis, & tantum non deficiant, tantum non cedant; *Ecc. 10b. 26.*

Gigantes gemunt sub aqua, & qui habitant cum eis, inquit Beatus Job; *Q. d. ipsi fortiores tum ingemiscunt pro difficultate, quid alii debiliores?* Ubi duo adverte in illa voce gemunt primum illud quod dictum est, ut significet difficultatem quam sentiunt robustiores quaque. Secundum, ut indicet illos certare qui ita gemunt in difficultate; nam qui cedunt, non gemunt: & quinon gemunt, satis indicat se difficultati cessisse. O quam multi hoc errore deluduntur, ut putent vel non licere sibi gemere in difficultatibus, vel si gemat non posse difficultates frangere. Permittit Naturæ Gratia, suos gemitus, si natura concedat Gratiæ, suos effectus.

III. P U N C T U M.

SENSIBILIS igitur devotionis substractio vera & solida devotionis est probatio; Quia tum duo illa simul concurrunt ex quibus certa probatur virtus, nempe necessitas & difficultas, quæ sic in diversa rapiunt animum, ut si quis tu fidelis sit, verè solideque devotus censeatur. *Nunc cognovi,* dicet Dominus, sicut de Abrahamo, *Quod verè colas Deum.* Id est, ex illa fidelitate quæ servasti in tali occursu necessitatis & difficultatis cognoscendum te præbuisti, qualis es, an verè coleres Deum. Sic beatissimi Parentes Pueri Iesu, veros se probaverè parentes, & veros Dei cultores. Ita dolent subtractione filii, ut ex illo dolore nihil inordinatum cogitent. Neque impatiētes sint in damno quod inde sentiunt, neque negligentes in eo reparando. Non plus affectant quam possunt, neque quod possunt deserunt; Inquirunt diligenter, sed quietè. Conservant animi tranquillitatem, sed simul etiam debitam servat solicitudinem. Solliciti sunt sine perturbatione, & imperturbati sunt sine desidia. Evitatis utrimque extremis, in medio semper consistunt, ut neque plus neque minus agant, quam sibi agendum priuient. Sic Sapientia quæ in illis tota residebat, *Mens est, inquit, consilium, & equitas: mea est Prover. 8. prudentia, mea est fortitudo: In viu justitia ambulo, in medio semitarum iudicii.*

Q. 3

Tu



*3. de Imit.
Ch. c. 6:*

Tu è contrà quid pecces audi ex libello nunquam deponendo! Propter modicam contrarietatem deficit à capite, & nimis avidè consolationem quaris, Fortis amator sicut in temptationibus, nec calidis credit per iussionibus inimici, Affectione ille bonus & dulcis quem interdum percipit, effectus gratia presentis est. Et quidam pragustus gratia celestis super quo non nimis innitendum, quia uadit &

venit. Certare autem aduersus incidentes malos & nimi motus, suggestionesque sfernre diaboli, Insigne est virtutis & magni meriti.

Vide integrum caput, & sic defectus tuos agnosce, ut eos corregas; sic vero corrigere, non ut alios in defectus mutentur, quod sàpè tibi accedit, sed ut muteris in aliud, quod raro fit.

E O D E M D I E. ALIA VERITAS PRACTICA.

Nemo jam Christum amittit, nisi qui dimittit.

Vel, ut habet S. Ambrosius.

In Luc. c. 5.

Nemo tibi Christum auferre potest, nisi te illi auferas.

RATIO EST. Quia nemo tibi Christum auferre potest, nisi velis. *Vel,* Nemo jam Christum amittit, nisi sua culpa. Sed si velis Christum tibi auferri, tu te illi auferas. *Vel;* Qui sua culpa Christum amittit, ipsum dimittit. Nemo igitur tibi Christum auferre potest, nisi te illi auferas. Et jam nemo Christum amittit, nisi qui dimittit.

Quidem omnia tam plana sunt & aperta, ut sint solum termini proponendi. Nec illud etiam obscurum est quām si pavendum & cavendum, sic à te Christum dimittere, sic tibi Christum auferre. Quid invenerunt in me misericordias, quia eorum gauerunt à me, & ambulaverunt post vanitatem & vanis factis sunt.

E O D E M D I E. DE MANSIONE NAZARETHANA, ET SUBIECTIONE D. JESU, USQUE AD ANNUM TRIGESIMUM.

Et erat subditus illis. Luc. 2.

VERITAS PRACTICA.

Nisi te subdas Deo, Deum tibi subdis.

RATIO EST. Quia nisi te subdas Deo, tu amputabis quam Dei voluntatem facis. Sed suam potius quam Dei voluntatem faceres, est sibi Deum subjecere. Ergo nisi te subdas Deo, Deum tibi subdis: Quod cum sit horrendum dictu, & factio etiam magis execrandum, potens est motivum ad nos perfidē Deo subiectiendos.

I. P U N C T U M.

Luc. 2.

AB anno duodecimo Christi Domini, atque ab ipsius reditu Jerosolymitanō in Nazareth, pauca hęc de illo referuntur, Et descendit cum eis, & uenit Nazareth

& erat subditus illis. Et Mater eius conservabat omnia verba hec, in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia, & state, & gratia apud Deum & homines. In quibus illud suprà omnem hominum atque Angelorum admirationem est, quod esset subditus illis. Expende singillatim omnia. Quis, quibus, quamdiu, quo fine, quomodo, & in quo illa est et subiectio. Nempe in arte fabrili, & in omnibus obsecquis domesticis, quasi ille servus esset, Ille qui est univerlorum Dominus. Nonne hic est fabri filius? Nonne hic est faber, filius Mariae? dixerunt Judæi postea cum primū prædicare coepit.

O mundi Architectum & fabricatorem universi, quod te devexit mea superbia, ut in angustias fabrilis officinæ descenderes, nec aliud per duodeviginti annos continuos, quām illud vile officium, ad unius hominis directionem & imperium, exerceres! Certè nisi discamus subiecti, &

*Matth. 13.
Marc. 6.*

h



Sep. 19.
humiliari hoc exemplo, verè de nobis illud sapientis afferetur; Omnes insipientes & infæciles supra modum anima insperbi. Quod quidem manifestè patebit ex Veritate proposita, si attenè consideretur; Quid enim insipientius & infæclicius quam velle Deum sibi subjecere? At nisi te subdas Deo, Deum tibi subdu.

Ratio est plana & facilis; Nam nisi te subdas Deo, tuam porius quam Dei voluntatem facis; Quod planius? sicut enim nostra subjectio consistit in voluntate Dei facienda, sic nostra rebellio seu nostræ subjectiæ defectus, nihil est aliud quam divinæ illius voluntatis neglectus. V, quando non vñ subjecim mihi? Nonnè hoc pertinde est ac si diceret, usquequò non vñ quod volo facere? O qualcm Dei Domini Bonitatem! Hoc à creatura petere, hoc à servo postulare!

II. P U N C T U M.

SED tuam potius quam Dei voluntatem facere, Sest Deum sibi subjecere, Nam Deus & divina ejus Voluntas sunt unum & idem; unde apte S. Augustinus: Quantum Deus distas ab homine, tantum Voluntas Dei à voluntate hominum; ac proinde si tibi subjectis divinam voluntatem, subjectis tibi Deum, At verò cum tuaro porius quam Dei voluntatem facis, nonnè tum tibi subjectis divinam illam Voluntatem? Nonnè ergo tum etiam tibi Deum subdis? Nec aliter Christus Dominus dicitur fuisse subditus suis parentibus, nisi quod ad eorum voluntatem se totum faceret? N. que se ipse Deo Patri aliter subjectiebat, nisi quod non suam sed Patris voluntatem spectaret in omnibus, sicut ipse toties professus est: Non quaro, inquit, voluntatem meam sed eis qui miserent me. NON scilicet Ego volo, sed sicut tu. Non quod ego volo, sed quod tu. Non mea voluntas, sed tua fiait. Hoc est se Deo subjectere. Tu verò qui contraria prorsus desideras, Tu qui tuis desideris Deo contradicis, ac proinde Deo dicens. Non quod tu vis, sed quod volo; Non tua sed mea voluntas fiait; Quid hoc esse dices, nisi te tibi Deum subjecteres?

III. P U N C T U M.

N IS I ergo te subdas Deo, tam manifestè tibi Deum subdu, quam manifestè tibi subdu et tua voluntatem, cui tuam preferis, hoc ipso quo te ilesi non subdis. Cum nihil aliud sit subjectum illi esse vel non subjectum, quam voluntatem eius facere vel non facere. Nescitis, inquit Apostolus,

quoniam cui exhibetis vos servos ad obedientium, servi estis ejus cui obediunt? Quasi diceret, an ignoratis quod est tam manifestum ut omnes videant hac notam seruum alicujus & subjectum designari si obediatur ejus voluntati? Non potest quidem homo sic negare suam servitatem & subjectiæ Deo, ut se penitus retrahat à divina voluntate, nam si recedit ab uno voluntatis ordine, cadit in alium, ut docent omnes sancti Patres, sive que non ita Deo resistitur, quin sit ocyus serius quod absolute velit. Sic enim Ille, Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Quando tamen peccas, aut quando citra grave peccatum, vel etiam si nulla forte videretur inesse culpa, quando te à divina Providencia subducis, sic te ab aliqua ejus voluntate retrahis, siveque velles Deum te potius ad tuam voluntatem accommodare, quam tu ad ipsius nutum & ordinationem: quod est tam vere tibi subjectere Deum, quam vere illi subjectus es, si non tuam, sed ipsius magis spectantes voluntatem. Servire misericordiæ in peccatis tuis prebui: mihi laborem in iniquitatibus tuis. Vix 154.43. sine peccato talis substratio fieri potest; & quando in tali peccato nihil aliud grave esset quam sic te à Deo retrahere, sic tibi Deum subdere potius, quam te illi, Nonnè hoc est latius grave & deplorandum? Si quod Christus suis est subditus, iam mirum videtur & alienum à divina ejus Majestate: Quid, quod Ille tibi subdatur? Ille tibi in conquiscentis, & in peccatis tuis! O quam longè magis stupendum! Vnde Ejus Bonitatem, sive tuam spectes audaciam.

Sic itaque pro præterito confundere, ut ad futuram subjectiæ sis cauter, illudque David ad filium suum, ibi proponas, Fui mihi servus Deum patris tui, & servito ei corde perfecto, & a nimo voluntario, omnia enim corda scrutatur dominus, & universæ mentium cogitationes intelligit: si quis seruirem invenies; si autem dereliqueris eum, proiici te in aeternum. Vide Verbo Servire, Discipulus, Obedientia,

—(+)—



DIE

DIE XIII. IANVARII.
QUÆ EST OCTAVA EPIPHANIÆ.
DE BAPTISMO CHRISTI DOMINI.

Sine modo, sic enim decet nos implere omnem Iustitiam. Matt. 3.

VERITAS PRACTICA.

Exemplo suo Christus Dominus, nos magis urget quam imperio.

RATIO EST. Quia quo se Superior magis demittit ad inferiorem, ut eum provocet ad aliquid eo magis urgetur inferior ad illud præstandū, cùm præcipue posset Superior pro jure suo imperare, & inferiorem cogere sub gravissimis poenitentiis non imperare, sed potius roget: si pœnatum loco proponat pœnatum, aut si denique aliquid longius remotum à sua dignitate non deditur; tunc certe inferior, aut durissimæ cervicis est aut fluctetur tanta superioris demissione; Neque enim generosus animus se vinci benignitate patitur, ne dum ab inferiori, aut à pari, quanto minus à suo Superiore. Hinc est illud Ecclesiastici valde notandum. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro sis. Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantavit humiles ex ipsis gentibus. Pergitque pluribus Sapiens ostendere eos duces vel reges, qui cum mansuetudine & humilitate subditos suos regent, longè apud illos plus valuisse, quam superbos & effratos.

Ecccl. 10.

Ergo nos exemplo suo magis urget quam imperio: Proindeque in iudeam quæ non sunt ex præcepto fidelissime est imitandus.

I. PUNCTUM.

Mat. 11. 3.

QUAE de sancto Joanne Baptista referuntur ab Evangelistis, possent aliquantisper cogitari; tum verò hæc diligenterius quæ de baptismo Christi Domini: Tunc venit Jesus à Galilæa, in Jordaniem ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo; Ioannes autem prohibebat eum, dicens, Ego debeo à te baptizari, & tu venis ad me! Respondens autem Iesus, dixit ei; Sine modo, sic enim decet nos implere omnem Iustitiam, tunc dimisisti eum. Baptizatus autem Iesus confessum ascendit de aqua, & ecce aperi sunt ei cœli, & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de cœlo dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Ex quibus cum multa possint ad profectum elici, tum illud verò quod fecit & quod dixit: Dominus, Sic nos decet implere omnem Iustitiam: ut nos exemplo scilicet suo provocaret ad perfectionem, sive ad ea fideliter præstanda quæ sunt tantum consilii & non præcepti. Neque enim hic solum ad baptismum qui est ex præcepto suscipiens, nos excusat, sed ad alia quævis non præcepta, quæ nomine, Omnis Iustitia adimplenda comprehendit, sicut & ipse baptismum suscepit, ad quem nulla cum necessitas obligabat.

Atque hinc excellens illa Veritas, & valde potens ad multa quæ non tam præcipiuntur quam

consuluntur, Exemplo suo Christus Dominus nos magis urget quam imperio.

Ratio est valde familiaris; nempe id usu quotidiano discitur, quo se Superior magis demittit ad inferiorem, ut eum provocet ad aliquid, eo magis urgetur inferior ad illud præstandū, cùm præcipue posset Superior pro jure suo imperare, & inferiorem cogere sub gravissimis poenitentiis non imperare, sed potius roget: si pœnatum loco proponat pœnatum, aut si denique aliquid longius remotum à sua dignitate non deditur; tunc certe inferior, aut durissimæ cervicis est aut fluctetur tanta superioris demissione; Neque enim generosus animus se vinci benignitate patitur, ne dum ab inferiori, aut à pari, quanto minus à suo Superiore. Hinc est illud Ecclesiastici valde notandum. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro sis. Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantavit humiles ex ipsis gentibus. Pergitque pluribus Sapiens ostendere eos duces vel reges, qui cum mansuetudine & humilitate subditos suos regent, longè apud illos plus valuisse, quam superbos & effratos.

Luc. 15.

Indignabatur foris, filius senior quod Pater fratrem suum juniores à luxu & à metetribus revertentem liberatius exceperisset, tum verò Pater domo egressus cœpit rogare illum, & statim sedatus est. Nonne sic regi malles mansuetudine quam rigore? sed itane tuos regis, si quos habes regendos?

II. PUNCTUM.

SED Christus Dominus: um exemplo suo nos ad sui imitationem provocat, magis e demittit, quam si illud ipsum quod facit, imperaret. Hoc est enim superiorum se magis demittere, quando quod superior facit, magis est alienum, magis remotum, magis infra dignitatem illius qui se ita demittit. Et autem manifestum quod præire nobis exemplo sicut prævit Christus in Nativitate, in baptismo, & in reliquo vita cursu, longe magis remotum est & distans à lumina ejus dignitate, quam imperare illa ipsa, quibus ad exemplum



plum nostrum abstinuit, aut quæ sustinuit. Nam imperare proprius actus est Dominationis, & Excellentiarum; obediens vero & humiliari, servitus, & abjecta conditionis. Unde quantum dominatio & servitus, quantum excellentia & abjectio, longè inter se distant; tam procul & remota à seipso, se Christus demisit, cum ad illa infima & abjecta descendit, quæ maxime facere, & factio suo nobis commendare, quam imperare.

Hinc forte dictum à Prophetæ: *Vt faciat opus suum, alienum opus ejus, ut operetur opus suum, peregrinum est opus ejus ab eo.* Quasi dicere et, opus proprium Christi Regis, & Domini esset imperare, & imperando nos regere: at vero aliena sunt ab eo, & peregrina illa, quæ ad nos instruendos præcelegit. Atq; illud est quo? Apostolus: tanto peccat de Christo Jesu prædicat, *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratum est eis: sed a qua le Dno: sed semetipsum exinanxit, formam servi accipiens.* Et quæ plura illie sequuntur, non minus ad affectum ardentia, quam ad intellectum clara ut videoas quod se usque demiserit qui se nostrum exemplar fecit. Ah quoties vel videtur dissimilans, vel videtur profundus?

III. P U N C T U M.

SIC nos igitur Christus Dominus exemplo suo magis urget quam imperio; Non modo quia inferius em puden non facere quod Superior facit, sed quia Superioris demissio & humanitas quæ in exemplo dato magis lucet quam in imperio exercito, tantam vim habet in animis hominum, ut qui alioquin forte resisterent imperio cedant exemplo. Irritatur lege & præceptio concupiscentia, ut fuisse probat Apostolus; at emollietur exemplo & gratia. Hæc est lingua terrena qua ut est in Ecclesiastico, multos commovit. Prima lingua est conceptus mente formatus; secunda

est verbum quo conceptus exprimitur; tertia vero est factum seu exemplum, quod longè magis moveat quam verbum. Sic de Christo, postquam Propheta dixit, *Et factus est principatus super humerum ejus,* paulo post addit, *Multiplicabitur ius imperium.* *& pacis non erit finis.* id est, magis se ostendat Principem & ducent exemplo quam imperio aut præcepto, neque tamen propter ea minus erit imperium ejus, immo inde augabitur, & à multo pluribus tranquille coletur, & pacificatur.

Hoc Christus stimulo suos imprimis urgebat; *Scitu, inquit, quid fecerim vobis: Vos vocata me.* *¶ 13.* Magister & Domine, & bene dicitu, sum etenim si ergo laevi pedes vestros, Dominus & Magister; & vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen amen dico vobis, non est servus major Dominus suo, neque Apostolus major eo qui misit illum. Si hac scitis, beat eritis, si feceritis ea.

Observa hæc postrema verba, non beatum dicit, qui sciat, sed qui faciat, unde tu vide quam multa licias, & paucafacias; Vide quam parum lenitas te moveri tot exemplis quæ quotidie contemplaris. Vide quam sit ferreus quem tanta non emollit & urget Charitas, tanta humilitas, tanta transuertit, & aliæ virtutes ad imitandum proprieitatem. *Hoc quanti longè retroque manerent nisi Lib. 3 de tua præclara exempla inspicerent;* Ecce adhuc temporis auditis tot signis tuis, & doctrinis! *Quid c. 18.* fieret si tantum lumen ad sequendum te non haberemus. Legi integrum caput notatum; & illud familiare habeto in omnibus: Itane Christus fecit? Aut sicut si has Christi voces audirest; Sequere me. *¶ VI mihi ministrat, me sequatur: Quid ageres? Quid responderes?* Vide, Verbo Exemplum, Imitatio.

DIE XIV. JANVARI.

Nisi forte sit Dominica secunda post Epiphaniam. Quæ dum occurreret, illi standum, prætermis aliis.

DE SOLITUDINE CHRISTI DOMINI PER QUADRAGINTA DIES IN DESERTO.

Et statim spiritus expulit eum in desertum. Et erat in deserto, quadragesima diebus & quadraginta noctibus, eratque cum bestiis. *Marc. I.*

Hæc est pars prima.

R

VERI-



VERITAS PRACTICA.

*Ex lib. 1. de
Imit. Chr.
c. 20.*

Nemo securè apparet, nisi qui libenter latet.

RATIO EST. Quia nemo securè apparet aut loquitur, nisi qui vено in his à damnis lingua, & humana conversatione, quantum quidem cum Gratia se tueri potest.

Sed nemo ab his damnis bene tutus nisi qui libenter latet & lacet.

Ergo etiam Nemo alias securè apparet aut loquitur. Ac proinde quam expedit latere & tacere, patibit evidenter.

I. PUNCTUM

Prov. 8.

Siquid est stupendum in vita Domini Iesu. Illud est maxime, quod cum homo factus esset ut inter homines conversaretur & ad se converteret, cum is esset finis adventus eius in hunc mundum, cum tantus inde fructus in eos omnes qui buscum versaretur, redundare posset, cum eius essent delicia sic esse cum filiis hominum, cum nihil inde mali esset quod sibi meueret. Tam traducamen, tam modicum, & tanta cum præcautione conservatur cum hominibus, ut alienum ab eius fine atque instituto id propè videretur. En triginta totos annos in solitudine Nazarethana ponit! En quadraginta iterum dies integros in deserto solus cum bestijs degit! & ex tribus annis qui supersunt ad docendum & vivendum cum hominibus, quam frequenter se se à cetero & turbis segregabit! Quam sèpè solus in montes secedet, sive oraturus patrem, sive tantum ab omni humano confortio quieturus!

Quid est Domine Iesu? Quid ita moraris loqui & prædicare? Cur non ab ipso primo Nativitatis die thesauros sapientiae absconditos aperuisti? Cur non saltem duodecim cum primum appare & loqui ceperisti? aut certè cum adolescentiæ moras excessisti? Cur te ita contines? Cur mundum tamdiu tuo privas sermone, tuo congreßu destruis; Ah qualem oportet esse cauam tui silentij & solitudinis, cum tam multæ videantur esse rationes tuae manifestationis, a chumanæ conversationis; Sed sic oportebat me erudiiri tuo silentio, sic me docerit tua sollicitudine, ut timerem apparere inter homines, ut verteret loqui; ac denique ut disserem quod ille pius expressit Author, qui dixit, *Nemo securè apparet aut loquitur, nisi qui libenter latet & tacet.*

Ecclesi. 3.

Hoc est modò perpendendum, & exemplo Christi jungenda est Ratio qua id declaratur, & que tota fundatur in præcavendis illis periculis imminentibus & gravissimis dannis, quæ nobis impendunt à lingua & à conversatione. Hoc est enim secundum apparet & feci è loqui, quæ unum & idem quod tutum esse ab his dannis, à quibus si nemo tutus est & contrà præmunitus, nemo securè apparet aut loquitur, sicut nemo se hosti aut bello securè exponit nisi armis instructus: cum alioquin ut ait Sapiens, *Qui amat periculum, peribit in illo.*

Est autem duplex genus periculi seu damni ex humana conversatione impendentis, nempe à nobis, & ab aliis loquentibus. Cavendum est oris & auris, de quo duplice periculo sic aperte & graviter Scriptura nos præmonet, *Cave tibi, & attende diligenter auditu tuo, quoniam cum subversione tua ambulas.* MORS & vita in manu lingua. *SIC VULTURS patens & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.* Denique cum his similibus abundant sacræ paginæ, vel ex uno Ecclesiastici loco, quæ alia retinentur, facile possunt intelligi: *Elegalli plaga livorem facit, plaga autem lingua comminuit ossa.* Multiceciderunt in ore gladij, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam, *Iugum illius, jugum ferreum est, & vinculum illius, vinculum aureum est.* Mors illius mors nequissima, & utiu potius infernum quam illa: qui relinquent Deum, incident in illam, & exarcebunt in illa & non extingueris, & immittetur, in illis quasi levi & quasi pardus lades illos. Seji arrestuas pīnta, linguam nequam noli audire, & oris tuos adest oschia & seras, *Aurum tuum & argentum tuum confla,* & verbū tuū facio stateram, & frangos oris tuo recte, & attende ne forte labaru in lingua, & cadas in conspicuū mīnorum infidantium tubis, & sit casus tuus insanabilis in mortem.

Videsne dīma? videsne pericula? videsne reipsum ibi periclitantem; videsne quā nemo securè loquitur, nisi qui se turum ab illis dannis & securum facit? Certe si non vides, tanto est tibi periculosius?

II. PUNCTUM

SED nemo ab illis damnis & periculis benotatus est, nisi qui libenter latet & tacet,

Certum est quod quādiu quis latet, securus & tatus est; sed quāloquendū est, & conveſſandum inter homines, is dicitur cum divina gratia magis tutus ab illis dannis & periculis qui



qui libenter latet & tacet: Primo, quia non se exponit periculo, sicut alius qui propensus est ad loquendum. Non nisi ex necessitate, vel charitate, aut alia legitima causa impellente, apparet & loquitur, qua in occasione credibilis est Deum magis illi affuturum ne labetur, aut ne periclitetur, quam alteri qui se periculo exponeret. Cum enim ut ait S. Jacobus, Lingua nullus hominum domare possit, inquietum malum, plenum veneno mortis fero, plane opus est singulari Dei auxilio, quod sicut non deest in necessitate loquendi, sic ext' à necessitate, quis sibi ausit promittere? quis hoc præsumere? quid? tibi ut nugas agenti adsit Deus! tibi ut oriosa, ut ludica, curiosa, mundana, & vana pertractanti, sic auxilietur Deus sicut si religiose, si non nisi necessario, non nisi ex ratione & debito muneris, seu officij tui: non nisi ex obedientia & charitate loquereris? Cave id præsumas, ne similem tui facias Deum, & blasphemias. Audi enim ut loquitur, Ostium abundavit malitia, & lingua tua concinnabat dolos: sedens adversus fratrem loquebarū, & adversus filium matru tuę ponebas scandalum. Existimasti iniquè quod ero tui simili, arguam te, & statuam contrafaiem tuam.

Deinde vero cum divina Gratia sit cooperandum ex parte nostra, quis potest certius dici cū illa cooperari ad loquendum quam qui minus propensus est ut loquatur, sine illa invocata, sine illa obtenta? Pone Domine custodiam ore meo, & ostium circumstantia labia mea. Hoc dicit omnis qui libenter tacet: At vero aliis, Labia nostra à nobis sunt, quia nostra Dominus est? Id est, re ipsa scilicet gerit quasi hoc diceret, nullam haberrationem necessitatis gratiæ, nullam curam aut cogitationem Dei adjuvantis, ne forte nimis constringatur, & minus liber sit ad loquendum. Labia delosa in corde & corde loquuti sunt; disperdat Dominus universa labia delosa; qui dicunt, labia nostra à nobis sunt.

Denique, quantumcunque etiam divinam ope imploras, nisi sis in loquendo consideratus & attentatus, vix te à periculis & damnis redimes; at vero nisi libenter taceas, libido loquendi opposita, omnem attentionem & considerationem plane exhaustit; & illud tandem accidit quod saepius Scriptura monet, Vidisti hominem valorem ad loquendum? Stultitia magis speranda est, quam illius correlio. Cum è contraria, Qui edit loquacitatem, extinguuit malitiam. Tota malitia est in illa profusione loquendi, quam nemo coartat nisi qui libenter latet & tacet, ac proinde

nemo alius tutus ab illis damnis, quæ in loquendo incurritur. Nonne id toties ex, er' us & confessus es? Iterumne oportet te in pericula & detrimenta conjicere, ut scias damno tuo esse pericula? Satius esset scire alieno, & sapere.

III. PUNCTUM.

NEMO igitur securè apparet, nisi qui libenter latet: Nemo securè loquitur, nisi qui libenter tacet: Nam nemo securè apparet aut loquitur, nisi qui tutus est ab illis damnis quæ à lingua importantur: Nemo autem securus est nisi qui libenter tacet & latet. Sic apie Rex Propheta, Ps. 54. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebra, & dixi, quā dabit mihi pennas sicut columba, & volabo & requiescam? Ecce longarī fugiens, & mansiō solitudine. Est solitudo non modò corporis, sed etiam cordis de qua Job. 3. præclarè sanctus Gregorius, ad illa verba Job: Cum Regibus & Consulibus terra qui edificant sibi solitudines, Rursumque ad ista Domini, in eodem libro, Cui dedi in solitudine domum. Hanc utramque solitudinem paucis videtur comprehendisse Sapiens cum dixit; In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & querens; in medio magnatorum non præsumas, Et post pauca, Preccurre prior in domum tuam, & illic avocare, & dilectio lude, & age conceptiones tuas, & non in delicia, & verbo superbo.

Mitum quod dixit Seneca, Quoties inter homines fui, minor homo redi; sed magis mitum, quod hoc testimonium tanti facit divinus author libri de Imitatione Christi, ut hoc unum & alterum ex Paganis referat. Vide libri primi caput vigesimum, & vigesimum primum, ex quo illud est aureum & divinum, Quando homo est perfecte compundus, tunc gravi & amaro est ei rotue mundus. Tu fortè nimis effusus es; & nimis timenda tibi hæc maledictio: effusus es sicut aqua, non crescas. Hæc tibi esset apta compunctionis materia.

Vide Verbo Recollectio. Silentium. Lingua. Conversatio.

Genes. 45.



DIE XV. IANVARII, NISI SIT DOMINICA.

DE TENTATIONIBVS DOMINI.

Eras in deserto, quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur a Satana. Mar. 1. Math. & Luc. 4.

VERITAS PRACTICA.

Nemo periculose magis tentatur, quam quise non putat tentatum.

B A T T O E S T. Quia cum totum temptationis periculum sit in consenseruendo, nemo periculose magis tentatur, quam qui magis periculatur consentire temptationi.
Sed nemo magis periculatus consentire, quam qui se non putat tentatum.
Ergo nemo aliud periculose magis tentatur, ac proinde prospicendum unicuique suum periculum, & disponenda illa vanapraesumpcio, qua quae non putat tentatum, nisi forte cum sensu graviores molestias.

L P U N C T U M .

CONSIDERANT^E attentius quae in Evangelio habentur de tribus Domini temptationibus, duo quedam occurunt ex aequo mira. Primum est, audacia Tentatoris, qui non reveratur agredi Dominum. Iesum. Alterum est Bonitas seu facilitas ipsius Domini, qui non modò patienter audiat Tentatorem, eique respondeat: sed & patiatur se ab cogangi, se ab eo porrari & transferri de monte in montem; atque etiam quod horrendum est dictu, se sollicitari ad ipsum adorandum! Hac omnia, inquit, tibi dabo, si eadens adoraveris me.

Marth. 4.

a. Pet. 5.

O quis se tutum à temptatione audebit dicere, cum ipse Dominus se permittat tentari, ut omnes intelligent, quam si sibi cavendum ab hoc adversario. Qui tanquam leo rugiens circuit querens quem devoret. Et tamen quam pauci properent sibi attendunt & vigilant! Imo quam multis tentari non putant, quasi id jam solis Religiosis aut Novitiorum electum esset opus. Itanè vero non tentantur? Imo illi maximè omnium & periculissimè tentantur, qui se non putant tentari. Quod certè est considerationis dignissimum,

& ad vigilantiam nostram excitandam imprimis scitu necessarium. Sic autem facile declaratur: Nam cum temptationis periculum & damnum in hoc uno versetur, si temptationi consentiantur profectio illi dicendi sunt periculosis tentari qui evidenter periclitamus consentire; seu qui evidenter vivunt in periculo consentiendo motibus cuiuscunq[ue] temptationis. Vigilate & orate, Math. 26, inquit Dominus, ut non intraretis in temptationem, Ibid. 6. NON à tentatione, sed à temptatione superemini, ait sanctus Hieronymus. Et cum perimus à Deo nō nos inducat in temptationem, Non perimus, inquit S. Augustinus, ut non tentemur, nemo enim sine temptatione probatur, sed ne inferemur in temptationem. Id est, ne succumbamus, neve illi consentiamus; in quo consenserit totum est periculum, totum est damnum. Illumina Domine oculos meos ne unquam obdormiam in morte, ne quandoque inimicus meus, prevalens ad verius est. O quoties jam id dixit!

II. P U N C T U M .

SED nemo magis periclitatur sic temptationi succubere, quam qui se non putat tentatum.

Nam cum revera tentetur, ut paulo post demonstrabitur, si non resistat temptationi, nonne illi cedet & consentiet? At quomodo illi resisteret, si se non putat tentatum? Quomodo quis adversarium repellat, autem illo configeret, si non putat se habere adversarium, aut sibi cum eo esse configendum? Nonne ergo succubabit? nonne saltet versatur in evidenti periculo succubendi? Nec dicas de monem non videri, nec semper percipi quandonam nos expugnet & tentet, ac proinde non esse mirum nec capitale; sed potius excusandum si succumbamus. Id enim ad excusationem dici non potest, eum nemo legitime possit ignorare, quod est in religione Christiana notissimum; imo & ipsi Paganis non ignoratum, nullum esse hominem qui quamdiu vivit, non tentetur; Nam ut ait beatus Job, Militia est, seu ut Septuaginta vertunt, Tentatio est usia hominis

sapere



lib. 7. lib. 8. Mor. c. 4. super terram. Tentatio ipsa militia est, inquit S. Gregorius, quia contraria malignorum spirituum infidias vigilat, orbellorum procinctus tracul dubio exultat. Ipsa autem homini vita tentatio est, cui ex semetipsa nascitur, unde perimitur. Quia et si semper ex virtute succedit quod ex infirmitate generat, semper tamen ex infirmitate generat, quod ex virtute succedit. Humana vita tentatio est, ut et si jam ab iniquitatibus perpetratione compescitur in ipsis tamen bonis operibus, modo malorum memoria, modo seductione caligine, modo intentionis sua interruptione fuisseetur.

Sunt quidem tempora, seu loca, aut negotia quibus graviores possint inesse tentationes, sed numquam deest ille qui ubique & semper infidias ponit, qui idcirco vocatur Diabolus & Satanás, ut est in Apocalypsi, quod seducat universum orbem, per se, & per suos ministros, quos Apostolus vocat mundi Reptores tenebrarum harum, qui non dormitant, non fatigantur, non ciecurantur, non expletantur. Accedit Mandus, seu obiecta quævis extrinseca, de quibus Sapiens, *Creatura Dei facta sunt in odium, & in temptationem animalium hominum, & in misericordiam pedibus insipientium.*

*Apoc. 2.**Ephes. 6.**Sap. 14.**Iacob. 1.**Gal. 5.**Rom. 7.**Ecclesi. 17.**Lib. de prof. mori.**Prov. 7.*

ut festinet ad laqueum, & nescit quod de periculo

Ibid. 23.

anima illius agitur. Idemque postea luculentè. Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loqueretur perversa, & quis quasi dormiens in medio mari, & quasi sopitus a gubernator, amissus clavo, dices, verberaverunt me sed non dolui, traxerunt me & ego non sensi. Nonne hoc est periclitari? Nonne hoc est periculum tuum?

III. PUNCTUM.

NEMO igitur periculose magis tentatur, quam qui se non putat tentatum; Quantum temptationis periculum in eo est ut quis tentationi contentiat, nemo autem evidenter in conversatur periculo quam ille miser qui reverteratur sicut alii homines. & tamen præter alios seputat non tentari; Sic enim non resistit, non repugnat, non contradicit, ac proinde sic succumbit, & perit. O quam multi tales de quibus graviter sanctus Petrus: *Hil velut irrationabili perora naturaliter in captionem & in pernicem in hunc ignorante, blasphemante, in corruptione sua peribunt percipientes mercedem injustitiae, voluptatem existimantes dei delicias; Quasi si diceret, quod nos Christiani vocamus temptationem & pericula, illi voluntarie ignorantes, & velut blasphemantes, vocant suas voluptates & delicias: in quibus quanto magis acquiescent, tantò facilius pereunt.* *Hil sunt quicum volunt diuitias fieri, incident in temptationem;* inquit Apostolus, *& in laqueum diaboli, & desideria multæ inutilia, & nocivæ, que mergunt homines in infernum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, erraverunt à se, & inservierunt se doloribus multis. Quid clarius ad periculum indicandum? quid manifestius ad perditionem totius perè universi declaranda? Non enim dicit, qui sunt divites, aut qui divitiis abutuntur, sed tantum qui volunt divites fieri; Nam illa voluntas & cupiditas est occulta tentatio quam nullus se putat tentatum, & quam nullus se putat tentatum, & quam tamen omnes tentantur & pereunt, sicut omnes volunt divites fieri; Quis enim est in seculo & forte etiam in Monasterio qui non velit esse dives? Quis tamen propter ea se tentatum putat, aut in periculo, cum potius ut se à periculis & miseriis huius vita eripiat, vult esse ditori.*

*2. Petr. 2.**1. Tim. 6.*

Hinc vero est propter ea, inquit Apostolus, hinc est tentatio & laqueus diaboli, quod non se putent tentari. Hinc ille est interitus & perditio in qua ignari merguntur qui volunt divites fieri, & qui uno verbo cupiditatem appetunt, sive quæ

iii

in divitias, si ve quæ in vanum honorem, aut voluptatem pertrahit. Unde idem Apostolus consequenter pergens, Tu autem, o homo Dei, huc fugi, sedare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Cetera bonum certamen fidei, apprehende vitam eternam: Quasi diceret, persuade tibi te in continuo versari certamine ac discrimine, nisi certes & pugnes in te ipso contra te ipsum! Es quoties de virtute exercenda contra vitium aliquod agitur, sic certa fit deliter, quasi de fide ageretur, aut de æterna vita,

In omnibus, inquit, sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galbam salutis assumite. Quid ageres ubi de summa fidei & salutis ageretur? hoc ipsum age in quavis occasione virtutis exercendæ. In hoc erras quod in iis quæ videntur parva, parum certes: & nisi evidens cernatur periculum, non te putas periclitari. Adverte diligenter. Vigilantes in omni instantia,

Vide Verbo Tentatio, Demon, Pugna, Fortitudo.

DIE XVI. IANVARII. NISI SIT DOMINICA.

AD HÆC S. IOANNIS BAPTISTÆ DE
CHRISTO DOMINO, VERBA.

Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccatum mundi. Ioan. I.

VERITAS PRACTICA.

Injuriosum est Christo, Agno Dei, si nulli quidem velle inferre injuriam, nolis tam illatam ferre.

RATIO EST. Quia injuriosum est Christo Agno Dei, velle esse mansuetum alia mansuetudine ab ea quam docuit.

Sed nulli quidem velle inferre injuriam, nolle au tem illatam ferre, hoc est velle esse mansuetum alia mansuetudine ab ea quam divinus ille Agnus docuit.

Ergo illi injuriosum est, si nulli quidem velle inferre injuriam, nolis tam illatam ferre; Ac proinde descendunt pari lege non inferendas & suff erendas esse injurias.

I. PUNCTUM.

T RANSACTIS in deserto quadraginta diebus & noctibus, rejecto que à se Tentatore, Dominus redit ad suum Praecursum & Praeconem S. Joannem Baptistam, qui statim atque illum vidit ad se venientem. Ecce, inquit, Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Hic est de quo dixi, post me venit Vir qui ante me factus est; quia prior me era; Multaque alia in illius commendationem & praconium populo qui frequens aderat, euulgavit. O quanta loquendi materia, & audiendi utilitas!

Iterum verò, Altera die, inquit Idem Evangelista, stabat Ioannes, & ex discipulis ejus duo, & respiciens lenum ambulantem dixit, Ecce Agnus Dei.

Nemp̄ ille singulariter, ait S. Augustinus, qui captus est sine macula, qui figuratus est in agno quo tidiē immolato. & qui se semper immolare Deo debet, ut tollat omne mundum peccatum. Addit Beda: Ecce Agnus qui vellus dedit ex quo vestem nuptiale facere possemus, id est, exempla vivendi quibus in dilectione careferemus.

Et sicut Agno maximè proprium est mansuetum esse ea mansuetudine qua nullum modo laedit, sed se etiam laudentibus non resilit; sic plane Christus Dominus inter exempla vitae, hoc præcipue nobis dedit & propoluit, quod imitando sequeremur. Hinc illa Veritas, quæ modo consideranda exhibetur, & quæ tam efficaciter perfectam illam mansuetudinem nobis commendet, ut nisi eam obliuemus, Injuriosum id Agno Dei, seu Christo Domino reputemus.

Ratio hæc assertur valde consideranda, quod injuriosum Christo sit velle esse mansuetum alia mansuetudine ab ea quam docuit. Cum enim ille, Deo Patre sic ordinante, se Doctorem & Ducem nostrum fecerit, qui verbo & exemplo virtutes omnes edoceret quā formā nobis essent exercendæ; Nonne id illi manifestè injuriosum est, si neglecta illa forma, ualiam quaras & preferas, quasi ille nesciverit quid tibi expediret, aut quas tu contemnas quod ille probè novit tibi magis expedire? Ecce, inquit ipse Deus, testem populu datus sum, ducem & præceptorem Gentibus. Es Iuss. ibunt populi multi & dicent, venito ascendamus Ib. 2. ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos viae Iustæ, & ambulabimus in semita ejus.

ib. 27.

Sed tu verò contrà ex his cris, Qui dixerūt Deo, Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nobis. Et non putabis hoc injuriosum illi esse?

Cor. x.

Quām longè aliter ille sentit, qui scripsit, Ex ipso vobis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & Redemptio; Quæ quatuor ab Apostolo commemorata, S. Bernardus refert ad quatuor Cardinales Virtutes, quatum forma & exemplar Christianis Christus est, siveque concludit; In eassum proinde que laborat in acquisitione virtutum, si aliunde ei perandas putat quām à Domino virtutum, quis doctrina seminarum prudentia, cuius misericordia opus iustitiae, cuius vita a speculum temperantia, cuius mors insigne est fortitudinis.

Serm. 22.
in Cant.

Sic S. Augustinus; illam, inquit, virtutum formam teneamus, quam verbo ex exemplo commandauit Christus præsens in carne. Omnis virtus nostra, tam longè est à vera virtute, quām longè est ab ea forma. Expende hæc postrema verba, hinc enim hæc apertius quanta Christo fiat injuria. Nam si vel alia virtus, si alia mansuetudo ab ea quam Christus docuit, vera esse possit, non esset tamen illi præferenda, quam Dominus & magister noster nos docuit; quād longè minus, si nulla est vera, præter eam quam ipse docuit? Et quād longè magis injuriosum illi est falsum aliorum virtutem malle, quam illius veram, si vel aliorum veram malle non possit, sine illius injuria? Responde, aut acquiesce.

L. 6. contra
Iul.

II. PUNCTUM.

SED nulli quidem velle inferre injuriam, nolle autem illatam ferre, hoc est velle esse manuetudinem alias mansuetudine ab ea quam Christus docuit. Distinguenda duplex quædam mansuetudo, nempe una est quæ nulli nocet, nullum vebo aut factu laedit; sed non ultra progredivit; non illatam sufficit injuriam. Et hæc quidem mansuetudo communis est omnibus hominibus, sive Iudeis, sive Ethnicis, cum in ipsa natura lege sit expressa, qua nulli licet facere, quod nobis nullus fieri. Hæc est omnia Lex & Propheta, inquit Dominus, id est, hoc omnes docent, qui alii quid docent. ALITER vero mansuetudo est quæ non modo nulli infert ullam injuriam; sed à quoque illatam patienter sufficit. Quæ quidem virtus maximè est propria Christo & Christianis sic enim de illo Iudas antequam pateretur, Sic et tu ad occasionem dueatur, & quasi Agnus coram tendente se obmutu fiet. Sic postquam passus est, Cum malediceretur, inquit S. Petrus, non maledi-

cebat: cum pateretur, non comminabatur; Sic ipse Dominus in suo illo celebri sermone in monte, palam & præcipue hoc profecit est, atq; in hoc penè uno, suam legem & doctrinam definitivit. Audisti, inquit, quia dictum est, oculum pro oculo Matth. 5., & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo, sed si quis te percussit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Vobis dico qui auditis. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos.

Vide quæ plura habentur Matthæi 5. & Lucæ 6. quibus adjungit quod Apostle conformiter Rom. 12. docet, Benedicite persequentiōbus vos, benedicite & nolite maledicere, nulli malum pro malo redentes. Non vos ipsoſſos defendantis Carissimi, sed date locum ire. Si ejus erit inimicus tuus, ciba illum: ſit, potum da illi. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Itemque alibi patientes estoate ad omnes, videte ne quis malum pro malo reddat, sed semper quod bonum est sectantes in invicem, & in omnes. Hoc ipsum penè totidem verbis S. Petrus Non redentes malum pro malo, nec maledicant 1. Pet. 3. pro maledicto. Sed è contrario, benedicentes quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditatis possideatis.

Ex quibus manifestè vides, qualis ea sit mansuetudo quam Christus docuit, & quām longè ab ea sit, nisi patienter feras injurias. Esto sis ita mansuerus ut nullas inferas, non est ea Mansuetudo Christianæ legis, sed Mosaicæ & naturalis, quā tu sis sola contentus es, quid ibi Christus proderit?

III. PUNCTUM.

Math. 7.

I. 35.

2 Pet. 2.

INIPRIOSVM estigitur Agno Dei seu Christo Domino si nulli quidem velsi inferre injuriam nolis tamen illatam ferre. Quia vis quidem esse mansuetus nullis inferendo injuriam, sed non vis esse mansuetus & mansuetudine quam Christus docuit, dum illatam injuriam non vis sufficit. Quod illi non minùs injuriosum est quam silentium & doctrinam ejus negligeres, aut iniurias æstimares quām quod alii docent leges. Nos facimus quia dixiſſi locutus est Deus, hic autem nesciimus unde sit. Velles ne sic loqui cum Iudeis? At nescire in praxi ejus doctrinam, seu perinde illam negligere quasi nescires, aut quali non probares, quid purus esse aliud quām ipsum nescire unde sit, an è celo, an è terraque, aut falso dixerit? Nam si vere dixit, cur non credis? cur non profiteris? Si veritatem dico vobis, quare non credis dicens? Dices id esse difficultius quam possis ferre...

John. 9.

Ibid. 8.



Serm. 5. de
Sandu.

ferre. Sed nonne sic pergis injuriam Christo facere, quasi ille duxior aut impossibilia iussit, quasi denegat gratiam, quasi gratia non sit iatis potens adimplendo mandato, aut quasi non sit satis dignus Christus cui seriendo parum laboremus? Audi S. Augustinum. Et vide quid hic cortegas, quid emendes: Convincimur certissima ratione, quia propter Deum possumus quidem, sed nolumus injuriam justinere. Sinebus a qua potens persona injuriam facit, si nos etiam in faciem ma-

ledicimus; nec respondere aliquid asperum, non dicamus, vicem reddere ausi sumus. Quare hoc? Ne ab illa potenti persona, aibus majora quam pertulimus, patiamur. Quod à nobis torquet hominis timor, debet à nobis exigere Dei amor. Aut si minus in te valet Divinus Amor, huic adjunge timorem, & expavescit ad hæc S. Jacobi verba: Vnde est Legu- 106.4.
lator & iudex qui potest perdere & liberare.

Vide Verbo, Mansuetudo.

DIE XVII. IANVARII, NISI SIT DOMINICA. AD HÆC PRIMORVM CHRISTI: DOMINI DISCIPULORVM, VERBA.

Magister, ubi habitat? Dicit eis, venite & videte. Ioan. 1.

VERITAS PRACTICA.

Qui dicit se in Ipso manere, debet sicut ille ambulavit, & ipse ambulare. 1. Ep. Ioan. c. 2.

RATIO EST. Quia qui dicit se in Christo manere debet, ut verum dicat, verè cum ipso consentire. Sed nisi ambulet sicut ille ambulavit, non verè cum ipso consentiet. Ergo debet sicut ille ambulavit, & ipse ambulare. Quod tamen pauci recognoscunt.

I. PUNCTUM.

Ioan. 1.

LOQUENTEM de Christo Domino, S. Joannem Baptistarum cum audirent duo Discipuli; secuti sunt Iesum, ait Evangelista, Conversus autem Iesus, & videns eos sequentes, dicit eis, quid queritis? Qui dixerunt ei, Rabbi, quod est interpretatum Magister, ubi habitas? Dicite uenite & videte. Venerunt & vide- runt ubi maneret, & apud illum manerunt die illo.

Tract. 7. in
Ioan.

Hi sunt primi Iesu Discipuli, qui prius erant Joannis: hi sunt qui primi cum illo manserunt, nondum quidem inseparabiliter, sed ad tempus, ad unam diem & noctem, quam in mutuis ultro citroque habitis sermonibus cum ipso transegerunt. Quam beatum diem duxerunt! quam beatam noctem! quis est, qui nobis dicat quid audierint illi à Dominis? edificemus & nosmetipsi in corde nostro, & faciamus domum quo veniat ille, & doceat

nos, & ecclę quatur nobis. Sic apł S. Augustinus, unde ad Veritatem practicam modò considerandum, proposita est illa Divina Sententia S. Joannis Evangelistæ, Quod, Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulavit, & ipse ambulare. Est autem unum & idem, nos in Christo manere & Christum in nobis, cum unum ex altero sequatur, sicut ipse dicit, In me manet, & ego in illo. Maneat in me & ego in uobis, Sed quid cum manione ambulauit? cur manent: cum Christo ambulandum, sicut ille ambulavit?

Ratio est facilis & valde familiaris, quod simul cohabitantibus, sicut & simul peregrinantibus, hoc imprimis est commendatissimum, & bene inter se convenient & concordent: Unde apł Propheta, Numquid ambulabunt duo par- ter, nisi conuenienter eis? Et Sapiens de iis quibuscum est difficulte convenire, Noli inquit, esse amicos homini iracundo. NE comedas cum homine in uido, MELIVS est scire in angulo domatus, id est sub dio & incommodo, quam cum muliere litigiosa & in domo communis; Ubi scilicet multi strepitus multæ lites & contentiones nihil enim ad habitationem & cony. etiam accommodatus & desiderabilius, quam mutua simul habitantium, concordia; prouindeque tanquam munus & donum præcipuum quod à Deo hominibus concedatur, ita canit Regius Palaes, Deus in loco sancto Ps. 67. suo, Deus qui inhabitare facit unius moru in domo,

Quod cum universum verum sit de his omnibus qui simul convivunt, quanto magis de nostra cum Christo mansione, de quo præcipue di- citur,

Amor. 3.
Prov. 22.

Ibid. 23.
Ibid. 25.

P/PS. cetur, In pace locus ejus, & habitatio ejus in Sion: *Luc. 10.* ubi confregis potestas arcum, scutum, gladium & bellum. Illudque erat quod à suis, domum aliquā intrantibus, velle ante omnia dici, *Primum,* inquit, dicit, Pax huius domui; Quod quidem dictum illitam familiare erat, ut hac ejus pronuntiatione tanquam certissima sui nota, se cognoscendum praeberet Apostolis, dum refurgens primum illis apparuit, Pax, inquit, vobis iterumque confirmandis in sui notitiam eorum animis, Pax vobis. Denique quid ad rem nostram apertius quam quod ipse suis jam dixerat, *Hec locutus sum vobis, us in me pacem habetis.* Hæc non modo quia dicit, inquit, S. Augustinus, sed quæcumque illu locutus est, ex quo eos caput habera discipulos, eo scilicet omnia praedita, ut non obstante quilibet adverso casu, pacem & concordiam cum ipso servent. Nonne id æquum? Ah Domine Iesu, quis tecum nollet convenire? aut quis tecum dissentientis præsumeret tecum habitare? Fili, pauci tamen mecum convenient; & multi mecum esse putant, qui longe disiuncti sunt.

II. PUNCTUM.

*S*ED nisi quis ambulet sicut ille ambulavit, non verè cum ipso conveniet.

Hæc enim sunt velut Synonyma, id est, unum & idem significantia, Ambulare sicut ille, & convenire cum illo; Nam hoc uirum hæc duo significant, vitam instituere, conformem ejus præceptis & exemplis, quantum uniuscujusque vocatio & vitæ degendæ ratio exigit; unde toties in scripturis quod dicitur, Ambulare in lege, in præceptis, & in via Domini, perinde est ac si dicatur vivere conformiter legi divinæ, atque uniformiter cum Deo convenire, siveque evidenter patet quam ut probari fuisus sit neccesse, quod qui non ambulet sicut Christus, non cum eo conveniat, nam hoc ipso quo aliter ambulat, aliter vivit, vivendo autem alter, vita dissentit; vita denique dissentiendo, dissentit iudicio & voluntate, quod est planè non convenire. Garua est nobis ad vindandum, dicunt impii, quoniam dissimila est alia vita illius, & immutata sunt via ejus. Tanquam nugaces astimati sumus ab illo, & abstinet se à via nostra tanquam ab immunditiis; Quasi diceret, cum simili via non ambulemus. Imo cum dissimilem agamus vitam, non possumus simul convenire; Tam dissentimus animis quam moribus.

*Sap. 2.**Ioan. 7.*

Unde & ipse Dominus suis Galilæis, mundana sapientibus, Non posse, inquit, mundus vos odif-
Haguenau pars prima,

se, me autem odit; quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala sunt. Id est; idcirco non convenit mecum mundus, quia mecum non ambulat: idcirco mihi adversatur, quia mea illi est adversaria vita, cui suam cum nolit conformare vitam, nec mecum proinde convenit, imo mecum dissentit, & me odit. *Nam quin non est mecum contra me est, & qui non colligit mecum, dispersit.* Itan mundus odet Christum, & sim ego de mundo! Ah mi Iesu, vel de mundo me tolle! vel mundum tolle à me.

Luc. II.

III. PUNCTUM.

*Q*ui ergo dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulavit, & ipse ambulare; Nam nisi ambulet sicut ille, non conveniet cum illo; & nisi cum illo conveniat, non in ipso manebit. *Sicut 1. Ioan. 2.* docuit vos, manete in eo, inquit dilectus Discipulus; At vide quomodo docuerit esse manendum in te, vide quantum ex hac mansione, fructus emanet, & quantum detrimeti sequatur, nisi constanter in eo maneris. *Sicut palmet, inquit, non Ioan. 15.* potest ferre fructum à semis ipso, nisi manerit in vite, scilicet nec vos nisi me maneritis. Ego sum uita, vos palmettes: qui manet in me, & ego in eo, hinc fert fructum multum, quia sine me nihil potest fieri facere. Si qui in me non manerit, mittetur foras, sicut palmetes, & arces, & colligent eum, & in ignem muttent & ardent. Si maneritis in me, & verba mea in vobis manerint, quodcumque volueritis petetis, & fieri vobis.

Quid magis timendum palmiti, quam si comburatur? At comburetur si à vite excedatur. Excedetur vero si nullum fructum ferat; Nullum autem fructum feret, si non in vite manerit: Nec in vite porro manebit, nisi eodem veluti succo nutritur. Si plane tecum discurrit: si à Christo dividitur, perireti: Divideris autem nisi constanter in eo maneras: At in ipso non manebis, nisi cum ipso convenias, & sicut ille ambulavit, ita tu ambules. Nonne ergo est ita ambulandum? Vis ne ab ipso dividi? vis perire? o miseriam perituri, si dividatur à Christo animus! sed o felicem necessitatem non dividendi à Christo animi, quod alioquin pereas! Neque hic alia modo perditio querenda est quam ipsa divisio animi à Christo suo, cum Christum perdere, sit perire; nec ulla, Christo perditio, sit jactura gravior, sicut nihil est Christo preciosius; non sanitas, non humana vita, non ipsa æterna beatitudo.

Restat hic expendere accurate cum apostolo:

S

Quia



Quis ergo nos separabit à Charitate Christi? Tribulatio, an angustia, & qua plura proponit. Fortè unus autem mundane flatus: unus mundi resuponebit.

musculus; Attende tibi. Et vide Dominicam
3. Quad. Verbo item Christum, Mundus non Con-
cupise.

DIE XVIII. IANVARII.

NISI SIT DOMINICA.

DE CHRISTO DOMINO COMMUNICATO SEU DE CONVOCATIS ALIIS AD IPSUM DISCIPULIS.

*Invenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Invenimus Iesum,
Filium Ioseph à Nazareth. Ioan. I.*

VERITAS PRACTICA.

*Nemo magis sibi Christum servat, quam qui minus
qui minus sibi soli servat.*

Vel è contrario.

Nemo minus sibi Christum servat, quam qui magis sibi soli servat.

RATIO EST. *Quia nemo magis aut minus sibi Christum servat, quam qui magis aut minus Christum diligit.*

Sed qui minus sibi soli servat, magis Christum diligit: aut è contra minus eum diligit qui magis eum sibi soli servat.

Ergo nemo magis aut minus sibi Christum servat, quam qui magis aut minus sibi soli servat. Ac proinde quanto quis magis illum sibi servare vellet, tanto magis communiciat alius, ne sibi soli servet.

I. PUNCTUM.

Ioan. 3, 2

ERAT autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex discipulis qui audiebant à Iohanne, & sciti fuerant Iesum. invenit hic fratrem suum Simonem, & dicit eis, Invenimus Messiam; & adduxit eum ad Iesum. Intrauit autem eum Iesus dixit, Tu es Simon, Filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galileam, & invenit Philippum: Et dicit eis Iesus, Iequerete me. Invenit Philippos Nathanael, & dicit ei, Tunc seruit Moses in Leze, & Prophete, invenimus Iesum filium Ioseph, & Nazareth. Veni & vide.

Multa hic expendi possent, ut, quid sit modò invenisse Christum: qualis thesaurus; qualiter conservandus, & quali studio, & aliis communicandus. Sed hoc imprimis observandum est, exhibitis viris qui primi commemorantur & cognovisse Christum, solos illos duos fuisse Apostolos, qui inveniunt & cogitum alii communicarunt, nempe

Andream & Philippum, quorum ille fratre suum Simonem Petrum, hic autem Nathanael ad Dominum Iesum adduxerunt. De loco Andrew & de ipso Nathanaele quid factum fuerit, non narratur. Hoc nempe est quod ex propria Veritate nobis est modò considerandum attentius. Nemo magis sibi Christum servat, quam qui minus sibi soli servat. Vel è contrario. Quia plerumque magis nos movent quæ aperta mala important, Nemo minus sibi Christum servat, quam qui magis sibi soli servat.

Ratio quæ assertur est evidens, & utramque propositionem quæ Veritas enunciatur, comprehendit, quia scilicet nemo magis aut minus sibi Christum servat, quam qui magis aut minus Christum diligit. Si enim dilectione generatur Christus, sic dilectione nutritur & conservatur. Nam quod de exercitibus dicitur, hoc etiā Christo convenit, ut quibus mediis res aliquæ fiunt, usdem conserventur. Atque idcirco Christus Dominus, si quis, inquit, diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum venient, & mansioem apud eum faciemus; Ioan. 14. Quamdiu scilicet me diliger, & quando in sermone meum venient, & mansioem ad nos inquit S. Augustinus, dum venimus ad eos: venient subvenient, illuminanda, implenda; venient obediendo, intuendo, capiendo. In quorundam etenim corda venit, ait S. Gregorius, & mansioem non facit quia Hom. 30. per coniunctionem quidem, Des respectum parci in Evang. pikant, ad tentationis tempore, hoc ipsum quod compuncti fuerant, obliviiscuntur, sicq; ad perpetranda peccata redunt, ac si hæc minimè planxissent. Qui ergo verè Deum diligit, qui eius mandata custodit, in eius corde Dominus & venit, & mansioem facit, quia sicut eum Divinitatis amor penetrat, ut ab hoc amore, tentationis tempore non recedat.

Denis.



*Ep. 3. ad
Corinthus.*
Denique quod sic per dilectionem nascatur & crescat Christus in nobis, apie S. Paulinus; Qui sicut in illo ipso homine, quem gessit, ita in nostris mentibus gradus quosdam corporis statim exequuntur, nascitur, crescit, roboratur, fonscitur. O felicem illum in cuius mente sic Christus nascitur; ac longe feliciorum illum, in quo natus sic crescit & roboratur Christus!

IL PUNCTUM.

SED qui magis aut minus sibi soli Christum servat, magis aut minus illum diligit.

Id est, qui de Christo Domino ad aliorum specificationem cumulat loqui posset; nec tamen loquitur, aut nisi parum & frigide, hic certè indicat se tam minus Christum diligere, quam minus ardenter & frequenter de illo loquitur. Ex abundantia enim cordis, loquitur, & bonus homo de bono thesauro profert bona. Talis ille Apollo de quo sic in Actis Apostolorum scribitur, *Hic erat edocitus viam Domini, & servans spiritu, loquebatur, & docebat diligenter et quas sunt Iesu.*

Matth. 12. Matth. 18. Matth. 17. Eccl. 4. U. 6. 1. Cor. 9. 4. Reg. 9.
Quis enim nescit zelum & fervorem spectare ad Charitatem? At verò in quo zelus & servus magis exercet possunt, quam in Christo Domino clarificando, sicut ipse à Patre petuit, per suos aliquando futurum: *Pater, venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarifi. et te.* Jam verò sit aliquis qui horā commodā Christum clarificandi, se continet, conticescit, & sibi soli servat quod de Christo didicit, quodque opportune posset aliis communicare, recinet contra sapientem monitum, *Ne retineas verbum in tempore salutis.* An ille censendus est Christum diligere? *V& mihi quia tacui!* V& mihi si non evangelizaverò! NON refudaciamus, inquietabat illi, *hec enim dies boni nütz est, si tacuerimus & noluerimus nunciare, sceleris arguomur.*

Certè qui Christum ex corde diligit, cor suum tam angustum tali dilectio dilendo sentit, ut omnium corda vellet habere, quibus eum diligenter, aut in omnium cordibus vellet Iesum diligere, ut tantò magis diligenteretur, quanto à pluribus diligenteretur. Verum quia hæc extra suam potestatē videt, quod superest, ut in quibus commodo potest Christum parere, parat: nonne id emitetur? nonne in id tanti vehementer intendet, quam vehementer Christum diligit? Et nonne sic etiam indicabit se tanti Christum facere & diligere, quanta erit contentio, quanteus labor & Iesus in eo communicando aliis, acc. sibi soli servando?

Aperi mihi soror mea, columba mea, perfecta mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttū nocturnū. Hæc dilecta ad dilectam, & ad sponsam sponsi verba esse, fatis nosti, sed quæna sit illa dilecta & sponsa, quidve ab illa Sponsus velit, audi S. Augustinum. Aperi mihi de sanguine soror mea; de spiritu meo, columba mea, de sermone meo, quem plenius ex me didicisti, perfecta mea. Apparimi mihi, prædicta me, ad eos quippe qui clauerunt contrame. Quomodo intrabo sine aperiente? Hæc sunt Dilecti monita, hæc sunt dilectorum officia. At illa fideliter audis? An hæc constanter reddis?

Trad. 4. in Ioan.

III. PUNCTUM.

NB MO igitur magis minus vesti Christum servat, quam qui magis aut minus sibi soli servat. Nam cum præcipue dilectione servetur Christus, & in Eo alis communicando, præsternit innotescat dilectio: tanto magis minusve tibi Eum servabis, quanto magis minusve illum pro rei opportunitate communicabis, nec tibi soli servatum voles. *Quid enim, inquit Apostolus, dum omni modo sum per occasioem, sum per virtutem, Christus annunciatur. & in hoc gaudeo sed & gaudebo: scilicet enim quod hoc mihi proveniet ad salutem.* Perpende hæc Apostoli verba; si enim vel gaudenti quod Christus ex quavis occasione annuncietur, fructiferum & salutare est; quanto magis annuncianti ex virtute, & ex illa virtute præcipua quæ est Dilectio? In alia sermoninandi materia quantumvis pia, posset esse periculum, & posset timeri excessus, ut supra vistum est; sed ubi de Christo notificando agitur timere potius debet qui diligat, ne deficit, quam ne excedat.

Et tamen rara res, & paucus in his habet, cum proximo de Christo Iesu sermonibus, & quod peius est, te excusatum putas, quasi tibi aliquid inde sit peritum, nisi tibi soli serves! Ò cæcitatem! o fallaciam! Tantum abest ut aliquid tibi decedat & pereat, quin potius tanto magis augeatur cogitatio, & amor, & possit Iesu Christi, quanto magis illum communicaveris; aut tanto magis depereat quanto minus alios in participationem tanti boni vocaveris.

*Theaurus ille est, de quo Sapiens: sine defectio-
ne sanctitatis, id est in quo exhaustiendo nulla in-
tervenit defectio, nulla jactura, nulla perditio.
Vena est aquarum viventium, de qua Propheta: quæ
eo largius & purius effluit, quo hauritur frequen-
tius. Unde jam nihil est quod retarderis à loquen-
do; sed potius ingens & acre subministratur mo-*

Eccles. 3. 17.
tiuum

S 2



tivum communicandi illius Christi, extriplici scilicet Capite, quod est atto te perpendendum.

Primo quidem agitur Christi Domini honor & gloria, qui eo magis agnoscitur & elucidatur. Deinde proximi salus & perfectio sic manifeste promovetur. Ac denique iedundatio nostrum particolare bonum, cum prae ter dicta, hoc insuper sibi laborantibus promittat Sapientia, Qui operantur in me, non peccabunt: & qui elucidant me, vitam eternam habebunt.

Ecclesi. 24.

Sap. 7.

Hinc Sapiens tam liberalis & profusus in sapientia sua communicanda, Quam, inquit sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non absconde; infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui nisi sunt, partici-

pes facili sunt amicitia Dei, propter discipline deinceps commendati. Nonne id verius de Christo dici posse? Cur non igitur tam libenter illum communicas? Latet profecto aliquid quod te retardat, & quod vix auderes agnoscere. Adcō probrolum est, & infandum. Aut te pudet, aut te tæder de JESU loqui, Res nimis vulgaris est, res nimis trita & obvia, res nimis gravis & importuna. Ecce unde avocaris, ecce unde obmutatis, ecce unde argueris & confunderis te non Eum diligere, de quo sic pudet & tædet loqui.

Vide Feriam 4, infra Hebdomadam primam Adventus, Feriam 5, infra Hebd. tertiam nec non 31. Decembris, & alibi passim, Verbo Christus. Zelus. Amor. Colloquia.

DIE XIX. IANVARII.

NISI SIT DOMINICA.

AD HÆC CHRISTI DOMINI VERBA,
DE NATHANAEL.

Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Ioan. I.

VERITAS PRACTICA.

Veras virtutes magis times, quam amas.

RATIO EST, Quia vera & viriutes ea sunt quae di-
vino potius quam humano iudicio estimantur.
Sed has virtutes magis times, quam amas.
Ergo & ueras virtutes; Quod certè est non minus
probossum quam damnosum.

I. P U N C T U M.

Ioan. II.

VIDIT Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo; Ecce vere Israelita in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael, unde me nos? Respondit Iesus, & dixit ei, priusquam te Iohannes vocaret, cum esses sub fieri, vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel.

Mirum certe quod ex prima hac notione quam de Christo Nathanael habuit, cognovit & professus est Ipsum esse Filium Dei, & Regem Israeli: Sed magis mirum quod cum iste Nathanael multis esset ornatus virtutibus, hac una tamen præcipue commendatur à Domino, quod esset: verus Israelita, sine dolo, & malitia: id est, vir simplex & minime malus. Adeo magnavimus, Simplicitas, ut cum alia non desint plurimæ

à quibus Vir præstantissimus commendaretur, tamen ab illa una, prætermis ceteris, celebretur? Quis hominum in magna laude ponere, se simplicem dici & haberi? An velles sic de te sentirent & loquerentur homines? Nonne potius id timeres? nonne potius inde erubesceres, & quasi de illato dolore probro?

Sic plane est, sic apparentes & speciosas quædam virtutes satis diligis, quia sic vulgo stimantur, sed vera & solidas magis times, quam diligas. Quod quam sit verum & damnum, ac proinde attentius expendendum si forte dubitas, demonstrabit hæc ratio.

Illæ sunt verae virtutes & solidæ, quæ divino potius quam humano estimantur iudicio: Nonne est ita? Cum enim de virtutibus sicut de ceteris rebus diversa Dei sint, & hominum iudicia certe quantum Dei iudicium, iudicio prævalent: omnium hominum, & Angelo: um, tantum eas oportet esse certiores & viiores virtutes, quæ divino iudicio tales proferentur. Mendacesque p̄filiū hominum in stateris, ut decipiāt ipsi de vanitate in idipsum; At vero iudicia Domini vera, justificata in semetipsa. Cognovi Domine quia & quatuor iudicia tua. Sic conformiter Sapientis, ponit & statira, iudicia Domini sunt. Nonne id agnoscis, nonne id fatetis?

II. PLIN.



II. PUNCTUM.

ATQVI has virtutes qua divino magis esti-
mantur judicio quam humano, magis times
quam diligas.

Hæc nempe sunt inter alias, *Abjectionis*, *To-
lerantia injuriarum*, *Paupertatis amor*, *Simplicitas*,
& *humilitas cordis*. Nonnè hæc virtutes hu-
mano judicio aut nullæ sunt, aut valde abjectæ,
& infimorum tantum hominum? Numis enim
verum illud Jobi: *Deridetur Iusti simplicitas,*
lampa contempta apud cogitationes divitium.
Quod egregie ad tem nostram sic interpretatur
Sanctus Gregorius: *Huius mundi sapientia*, Id
est virtus qua estimatur a mundo, *hac est, cor*
machinationibus regere, sensum verbu velare,
*qua falsa sunt, vera ostendere; qua vera sunt, fal-*sa demonstrare.**

*Hac nimis prudensia uero & u-
tiquibus scitur, hac a pueru prelio discitur, hanc*
qui sciat, atrox deficiendo superbunt; hanc qui
neficiunt, subiecti & timidi in aliis mirantur. Et
post pauca: *At contraria sapientia iustorum est, ni-
sob per ostensionem singere, sensum verbu aperire,*
veritas sunt diligere, falsa devitare, bona gratis
*exhibere, mala libenius tolerare quam facere, mul-*lam**
injuriam ultiorem querere, pro veritate contumeliam,
*lacrum putare. Sed hoc iustorum simplici-*tatis**
deridetur, quia ab his mundi sapientibus
puritatibus virtus, fatuus creditur. Omne enim
quod innocenter agitur ab eis procul dubio stultum
putatur, & quidquid in opere veritas approbat,
*carnal sapientie fatuum ponat. Quid namque stu-*lus**
videtur mundo quam mentem verbis offendere,
*nil collata mæchinatione simulare, nullas injus-*trias**
centumelias reddere, bromedicentibus orare,
paupertatem querare, possessa relinque, sapienti non
resistere, persecutio maxillam, alteram præbere?
Vnde bene his mundi dilectoribus ille egregius
*sapientis dicit: Abominationes Aegyptiorum immo-*labimus Domino Deo nostro. Oves quippe Aegyp-*tij**
dere dignantur, sed quod abominantur Aegyptij, hoc Israelite Deo offerunt: quia simplicitatem
*conscientia quam iniusti quicunque velut infirmam ab-*jectamque* deficiunt, hanc iusti in virtutis sacrifici-*um**
vertunt, & excoleties recti puritatem &
*mansuetudinem Dei immolant quam abominan-*tes**
reprobi fatigantem putant. quem nimis iusti
simplicitas breviter, sed sufficiens exprimitur,
cum protinus subinfestetur, lampas contempta apud
cogitationes divitium. Vide possent quæ fusi
*pergit, sed hæc sufficiant ex quibus satisaper-*te**
*ratet, quænam sint illæ Virtutes quæ divino**

magis estimantur judicio quam humano.

At vero, nonnè has virtutes magis times quam
diligas? Nonnè magis times occasionem humili-
tatis & patientiae exercendæ quam illâ delecte-
ris? Nonnè te estimas miseriorem in paupertate,
quam beatum: & beatorem in divitiis quam
misericordem & infelicem? Denique nonnè magis
times videri simplex & candidus, ne forte irri-
dearis ab hominibus, quam simplicitate & can-
dore animi gaudias, quæ sunt virtutes à Domi-
no maximè commendatae? Diligis enim gloriam
hominum magis quam gloriam Dei? Id est gloriam
quæ ab hominibus venit, quam quæ à Deo
est. Quid hoc esse putas, nisi præferre judicium
hominis judicio Dei, quasi homo de virtute me-
lius sentire, quam ipse Deus! O intolerandam
hæc sphemiam! Et tamen quæ ab omnibus uni-
versi sunt tolerata!

III. PUNCTUM.

ERGO veras Virtutes magis times, quam amas;
Nam dubitare non potes, quin cæ sunt veræ
virtutes quas Christus prædicat, licet mundus
repugnet: Nequæ vero latet quantum timeas
imo & horreas illas à Christo prædicatas virtutes,
& beatitudines? Quid proinde sequitur mali-
te, veris & solidis repudiatis virtutibus, nescio
quæ apparet & speciosas diligentes, nisi
mundus probat, & quas aliquoquin non diligentes, nisi
mundus probaret? *Habentes speciem quidem pie-*tatis: virtutem autem eius abnegantes.**

O quanta inde damnata, quanta pericula! sic
enim sit ut cum nullas veras virtutes habeas, hoc
ipsam tamen ignore, quia virtutem te putas ba-
bere, cuius habes tantum speciem & simula-
chrum. *Sicut operaria, inquit Dominus, quia no-*n*men habes quod vivas, & mortuus es: non enim*
in ventio opera tua plena, coram Deo meo. Rursum
*quæ ibidem, Quia diei, quod dives sum, & locu-*pleatus, & nullus ego. Et nescis quia tu es miser,**

Apoc. 3.

& miserabilis, & pauper, & cœsus & nudus,
Vellene hoc audire à Domino? Quid tibi tunc
*prodebet exterior illa urbanitas, aut apparetia
virtutum quam ex judicio tantum allumis hu-*mano? Non enim qui seipsum commendat, aut**

1 Cor. 4.

qui ab humano commendatur dicit, ille probatus est;
*sed quem Deus commendat. Et recte sanctus Au-*gustinus de eo qui humana magis quam divina**

2 Cor. 10.

specieret judicia. Hic licet laudetur ab hominibus,
*aut tamen vituperatur: Qui autem ab homini-*bis laudatur, vituperante lo, non defendetur ab**

In Medit.

S. 3.



hominibus, iudicat te; nec liberatur, condemnante. Nonne hoc ita modò sentis? At nonne re ipsa post contraria fenties, magis humana timendo iudicia ex vita peccata, quare divina! gravius putando condemnari ab hominibus, quam à Deo

damnari! Resipisci ab hac infania, Et dalecum Ecclesi. 19. timori Altissimi, quia omnis sapientia timer Dei, & in illa timore Deum.

Vide infra Feriam 4. post Dominicam sextam. Epiphianæ & verbo Iudicium. Virtus mundus.

DOMINICA II. POST EPIPHANIAM

NISI sit Septuagesima. Quæ aliquando, licet rarius, in hanc Dominicam iacedit. Frequentius autem in sequentes; tūm vero relictis aliis, Ipsi Septuagesimæ adhærendum.

DE A Q V A I N V I N V M M V T A T A, A C H R I S T O D O M I N O , A D N U P T I A S I N V I T A T O:

Implete hydriæ aqua. Ioan. 2.

VERITAS PRACTICA.

Si vis quod non habes, da quod habes,

SENSUS & RATIO est, quod cùm Deus in omnibus suis operibus Misericordiam simul, & iustitiam conjugat, si quid à Misericordia pessimus, iustitia non denegemus quod à nobis petis.

Sed divina iustitia hoc à nobis petis, ut si quedam difficultiora velimus quæ non habemus, demus aliqua facilitora, quæ habemus.

Ergo si vi quod non habes, da quod habes. Aut certe inique agis contraria Deum.

I. P U N C T U M.

Ioan. 2.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilee, & erat Mater Iesu ibi; Vocatus est autem & Iesus, & Discipuli eius ad Nuptias: Et deficiente vino, dicit Mater Iesu ad eum; vinum non habent; tūm illa ministrum, quodcunque dixerit vobis, facito; Dicit illis Iesus: implete hydriæ aqua, & impleverunt eas ad usque ad summum, Quæ statim aqua in vinum optimam conversa est. Videri possunt, & considerari alia, quæ de hoc primo miraculo Christi referuntur ab Evangelista. Tum vero illud imprimit consideratione dignissimum, quod cùm Dominus vellet indigentibus dare vinum, non aliter Illud dederit, quam dā prius ab eis aqua. Cur ita porrō? Nonne poterat vinum ex nihilo, aut ex aere facere sine aqua? Aut nonne poterat si-

tul ipsam aquam & vinum facere; Cur illam sibi dari jussit, & in illas infundi hydriæ, in quibus vinum merum erat facturus?

Ratio literalis est, ut sic miraculum vini facti, magis appareret, quando constaret omnibus nihil in vasis esse nisi aquam. Allegorica vero est quam refert sanctus Maximus, *Nous nobis pociis pralibatum est sacramentum*, Id est per illam & quæ conversationem in vinum, præsignificare voluit Dominus, sacramentalem conversionem vini in sanguinem suum; Vel utrait, sanctus Augustinus, *Fecit de aqua vinum Christus*, cùm appetuit sensum & expopit scripturas; sic enim sapit quod non sapiebat. Anagogico item sensu, ad patatas in celo delicias ex his paucis operibus nostris quæ per Gratiam Dei facimus, referri potest.

Denique Tropologica, & Moralis expositione est, idcirco petitam & datam esse aquam, ad habendum vinum, ut intelligeremus sic à nobis ea petià Domino quæ habemus, ut ab Eo impetreremus quæ non habemus. Sic quando in deferto satiavit multitudinem jam triduo sequentem, nec habente in quod manducare; Non nisi ex datis sibi panibus, & pisiculis, eam satiavit; multiplicavit quidem panes, sed panes sibi datus, & non alios. Sic plane tecum ager, si sic cum illo egeris; *Da quod habes & quod petit à te Deus*, sevis habere quod non habes & quod ab ipso petis.

Ratio quæ assertur è magis certa est, quo in ipsis Dei Attributis fundatur; Sunt autem duo attributa, Misericordia & Veritas seu Justitia quæ in omnibus Dei operibus reperiuntur, iuxta illud

